# SCRIPTORVM GRAECORVM

## QVI CHRISTIANAM

# IMPVGNAVERVNT RELIGIONEM

## QVAE SVPERSVNT

---

COLLEGIT RECENSVIT

PROLEGOMENIS INSTRVXIT

**CAROLVS IOANNES NEVMANN**

(Fasc. 1–2 never appeared!)

FASCICVLVS III

IVLIANI LIBROS CONTINENS



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXX.

# IVLIANI IMPERATORIS
## LIBRORVM
# CONTRA CHRISTIANOS
## QVAE SVPERSVNT

---

COLLEGIT RECENSVIT

PROLEGOMENIS INSTRVXIT

**CAROLVS IOANNES NEVMANN**

INSVNT CYRILLI ALEXANDRINI

FRAGMENTA SYRIACA

AB EBERHARDO NESTLE EDITA




LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXX.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

ALFREDO · DE · GVTSCHMID

ADOLFO · HARNACK

LVDOVICO · LANGE

SERVATAE · FIDEI

DOCVMENTVM

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

ALFREDO · DE · GVTSCHMID

ADOLFO · HARNACK

LVDOVICO · LANGE

SERVATAE · FIDEI

DOCVMENTVM

# Praefatio.

Scriptorum Graecorum qui Christianam impugnaverunt religionem fasciculus primus Celsi librum continebit, alter Porphyrii et Hieroclis fragmenta. Non deerunt philosophi crimina a Macario Magnete servata. Primos nunc publici iuris facio Iuliani imperatoris libros, cum eos tantum edendi initio consilium ceperim.

Iam vero gratias ago viris doctis omnibus, quorum auxilio in paranda editione usus sum exoptatissimo; eorum nomina in ipso libro tibi occurrent. Fragmentis Cyrilli Syriacis nunc primum editis et in Latinum sermonem conversis haec editio careret, nisi Eberhardus Nestle linguae Syriacae imperito officiosam voluntatem commodasset. Praeter ceteros autem de hac qualicumque opera meriti sunt praeceptores carissimi Alfredus de Gutschmid, Adolfus Harnack, Ludovicus Lange, quibus quicquid praestiti grato animo me debere confiteor. Adolfus Harnack etiam plagulas corrigendi molestias mecum suscepit.

Scribebam Halis Saxonum, mense Septembri a. MDCCCLXXX.

**Carolus Ioannes Neumann.**

# PROLEGOMENON

## CAPITA TRIA

# PROLEGOMENON

## CAPITA TRIA

# Caput I.

## De fatis librorum Iuliani imperatoris contra Christianos scriptorum.

Iulianum imperatorem in Christianorum communionem baptismo receptum esse exstitit nuper qui negaret Alfonsus Muecke. Qui in vitae Iuliani fasciculo altero p. 70 negat veterum scriptorum aut Christianorum aut paganorum quemquam de baptismo Iuliani quicquam rettulisse. Atque argumentatione sua Fridericum Rode libro qui inscribitur „Geschichte der Reaction Kaiser Iulians gegen die christliche Kirche" Ienae a. 1877 publici iuris facto de temporibus rerum a Iuliano gestarum accuratius discribendis optime meritum si minus in partes suas duxit, at certe commovit, ut in suspenso relinqueret quaestionem; cf. Rodium p. 33 adn. 13. Neque tamen recte dicunt ne unum quidem veterum scriptorum de baptismo Iuliani verba fecisse. Exstat enim locus Cyrilli Alexandrini, cuius haec sunt in acclamatione ad religiosissimum imperatorem Theodosium p. 3B Aub.: ἦν μὲν γὰρ (sc. Ἰουλιανὸς) πρὸ τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν τοῖς πιστεύσασιν ἐναρίθμιος· ἠξιώθη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ[1]) ἁγίου βαπτίσματος, ἐνήσκητο δὲ καὶ βίβλοις ταῖς ἱεραῖς· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνδρες αὐτῷ μιαροί τε καὶ δεισιδαίμονες γεγονότες γνώριμοι τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀποστασίας καθῆκαν λόγους. εἶτα σύνοπλον εἰς τοῦτο λαβόντες τὸν σατανᾶν παρεκόμισαν εἰς τὰ Ἑλλήνων ἔθη καὶ λάτριν ἀπέφηναν δαιμονίων ἀκαθάρτων τὸν ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις ἐντεθραμμένον. Quo

---

1) Aubertus καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματὸς. Sed Michael Glycas p. 470, 3 ed. Bonn., qui Cyrilli verba exscripsit: ἠξιώθη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου βαπτίσματος. Oecolampadius verba quae in codice Capnionis invenerat ita vertit: assequutus autem erat et ipsum sacrosanctum baptisma. Neque repugnat scriptura cod. Marciani 123 saec. XIII. Ubi lacuna invenitur inter voces ἠξιώθη δὲ καὶ et τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, in qua nihil nunc comparet nisi accentus circumflexus ante voces τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

loco id nobis non curandum est, quod coniecit Cyrillus rectae fidei defensor de diabolo Iuliani defectionis auctore neque dubitandum, quin verbis τὸν ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις ἐντεθραμμένον rhetorice dictis nihil significare voluerit, nisi Iulianum Christiana institutione usum esse. Quae si statuimus, iam nunc recte se habent omnia: fuisse Iulianum antequam rerum potiretur in Christianorum numero, assidue lectitasse sacra eorum scripta, concepisse veteris religionis amorem auctoribus philosophis renatae doctrinae Platonicae asseclis. Quae cum ita sint, non licet aspernari Cyrilli de baptismo Iuliani testimonium. Quod si ex aliquo scriptore hausit nunc deperdito, gratias ei agemus quod solus nobis servavit huius rei notitiam; sin autem, id quod veri similius est, scripto libro non adhibito quod memoria tenebat litteris condidit, colligendum inde erit non dubitasse eos qui tunc fuerunt homines, quin baptismo in Christianorum numerum receptus esset Iulianus, neque quisquam mirabitur scriptores nihil de ea re litteris prodidisse quae dubitationem non haberet. Neque neglegendum est Cyrilli locum de quo egimus esse in acclamatione ad imperatorem Theodosium. Neque minus quam Cyrilli verba fabulosa de Iuliano narratio Syriace scripta de ipsius baptismo neminem dubitasse confirmat. De quo libello, qui invenitur in codice musei Britannici Rich. 7192 saec. VII. nuper egit Theodorus Noeldeke in actis societatis Germanicae Orientalis vol. XXVIII. a. 1874 p. 660 sqq. Ubi haec inveniuntur a Noeldekio Germanice reddita: p. 668 da sagte er (sc. der Engel) ihm (sc. dem Heiligen): ich wische ihm (sc. dem Julian) das heilige Christentum ab, mit dem er aus der Taufe her bekleidet war; p. 670 ferner sagte der Philosoph Theon, der den Julian aus der Taufe gehoben hatte; p. 670 als eines Tages . . . . der Philosoph Theon zum Julian sprach: . . . . Sage mir also, wenn . . . du Kaiser wirst, was thust du dann mir, der ich dich aus dem Taufwasser gehoben und dir Weisheit gelehrt habe? Quae quamquam in fabulosa narratione inveniuntur, luculenter tamen ostendunt, quae de Iuliani baptismo senserint qui saec. VI. fuerunt homines. Ei enim tempori tribuendam esse narrationem probavit Noeldekius l. l. Quae cum ita sint, causam esse nego, cur assentiamur Mueckio aut Rodio. Neque vero confidenter pronuntiare dubito Iulianum baptismi participem factum esse, cum Adolfus Harnack animum meum advertisset ad Socratis

verba hist. eccl. V 22 (vol. II. p. 633 Hussey) haec: Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ Ἀλεξανδρείᾳ ἀναγνῶσται καὶ ὑποβολεῖς ἀδιάφορον εἴτε κατηχούμενοί εἰσιν εἴτε πιστοί, τῶν πανταχοῦ ἐκκλησιῶν πιστοὺς εἰς τὸ τάγμα τοῦτο προβαλλομένων. Nam Iulianum sacra scripta coram populo recitasse inter omnes constat; cf. Gregor. Naz. or. IV. p. 88 A ed. Bened.: Τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, ὥστε καὶ τὰς θείας ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ βίβλους; neque minus notum est non Alexandriae eum recitasse. Neque igitur iam dubitari potest de baptismo Iuliani. Qui cum postea ad philosophiam Platonicam institutus veterem religionem amplexus esset, dum vivit Constantius, celavit animi commutationem. Sed ubi primum regnum occupavit, continuo orbi terrarum patefecit reliquisse se novam Galilaeorum sectam. Quod si consideramus summo eum studio se dedisse philosophiae, iam antea orationibus scribendis operam navasse, non ita fuisse ab omni ostentatione liberum, ut non necessitatem sibi iniunctam esse censeret cunctis hominibus causas exponendi, quibus permotus relicta Christianorum religione ad maiorum sacra revertisset: peculiari eum opere nemo mirabitur aggressum esse Christianos, deorum cultores defendisse, praesertim cum speraret sine dubio posse se si non omnes at certe multos a foeda superstitione revocare. Atque aperte dicit in epistula LXXIX. Hertl. p. 605 sq., quam in Latinum sermonem conversam servavit Facundus, iniisse se consilium eius modi libri conscribendi; id quod nemo adhuc quod sciam animadvertit. Sed cum secutus morem a Christianis tunc receptum, cuius exemplum luculentissimum exstant Italae quae dicitur sacrorum librorum interpretationis reliquiae, verbum fere de verbo exprimeret Facundus, effecit id, ut Iuliani epistula intellegi vix possit nisi Graecae linguae reddita. Scripsit autem Iulianus haec in epistula ad Photinum haeresiarcham data: „Tu quidem, o Photine, verisimilis videris et proximus salvari[1]), benefaciens nequaquam in utero inducere quem credidisti deum. Diodorus autem Nazaraei magus eius pigmentalibus manganis[2]) acuens irrationabilitatem, acutus apparuit sophista religionis agrestis.“ Vertenda autem videntur hunc fere in modum: Cὺ

1) 'Salvare' in 'salvari' mutavi.

2) Ita scribendum esse existimo pro tradita scriptura 'manganes', a qua ne Hertlenius quidem recessit.

μὲν, ὦ Φωτεινὲ, πιθανὸς φαίνῃ καὶ ἐγγύτατος τοῦ σώζεσθαι, εὖ ποιῶν ἐν μήτρᾳ μηδαμῶς εἰσάγειν ὃν ἐπίστευσας θεόν· Διόδωρος δὲ ὁ τοῦ Ναζωραίου μάγος αὐτῆς καλλωπιστικοῖς μαγγάνοις ἀκονῶν παραδοξίαν ὀξὺς ἀνεφάνη σοφιστὴς θρησκείας ἀγροίκου. Iam vero paucis verbis intermissis „quod si nobis" inquit „opitulati fuerint dii et deae et musae omnes et fortuna, ostendemus infirmum et corruptorem legum et rationum et mysteriorum paganorum et deorum infernorum[1]) et illum novum eius (sc. Diodori) deum Galilaeum, quem aeternum fabulose praedicat[2]), indigna morte et sepultura denudatum confictae a Diodoro deitatis". Graece: Εἰ τοίνυν ἡμῖν ἐπίκουροι γενήσονται θεοὶ καὶ θεαὶ καὶ Μοῦσαι πᾶσαι καὶ Τύχη, δείξομεν ἀσθενῆ καὶ λυμεῶνα νόμων καὶ λόγων καὶ μυστηρίων Ἑλληνικῶν καὶ θεῶν χθονίων καὶ τὸν νέον αὐτοῦ θεὸν Γαλιλαῖον, ὃν αἰώνιον μυθωδῶς δοξολογεῖ, ἀναξίῳ θανάτῳ καὶ ταφῇ ἀπογυμνωθέντα τῆς συμπλασθείσης ὑπὸ Διοδώρου θεότητος. Quibus verbis quod in animum se induxisse pronuntiaverat Iulianus perfecit, cum relicta Constantinopoli per hibernum a. 362/363 tempus Antiochiae commoraretur. Ubi scripsisse eum libros diis opitulantes memoriae prodidit Libanius, cuius haec sunt in ea oratione, quae inscribitur ἡ ἐπὶ Ἰουλιανῷ μονῳδία (ed. Reisk. I 513, 3 sqq.): ἧκεν (sc. Ἰουλιανὸς) εἰς τὴν μεγάλην τὴν Ἀντιόχου πόλιν, ἤ, εἰ βούλει γε, Ἀλεξάνδρου, τοῦ φίλου τε αὐτῷ καὶ οὐκ ἐῶντος καθεύδειν, ὥσπερ δή τινα στρατηγὸν στρατηγὸς, Ἀθηναῖος Ἀθηναῖον. οὗ δὴ μυρίαι μὲν δικαζόμεναι δίκαι, πολλῶν δὲ θέσεις νόμων, βιβλίων τε συγγραφαὶ βοηθούντων θεοῖς. Quo loco respexisse Libanium ad Iuliani libros contra Christianos editos plane apparet ex eius verbis, quae inveniuntur in epitaphio I 581, 17 sq. R. Ubi postquam narravit imperatorem bellum contra Persas parantem per novem menses in Syria commoratum esse (I 576, 14 sqq. coll. cum I 578, 14 sqq.): τοῦ χειμῶνος δὲ, inquit, τὰς νύκτας ἐκτείνοντος, ἄνευ πολλῶν καὶ καλῶν ἑτέρων λόγων ἐπιθέμενος ταῖς βίβλοις, αἳ τὸν ἐκ Παλαιστίνης ἄνθρωπον θεόν τε καὶ θεοῦ παῖδα ποιοῦσι, μάχῃ τε μακρᾷ καὶ ἐλέγχων ἰσχύι γέλωτα ἀποφήνας

1) Falso etiam Hertlenius post vocem 'infernorum' commate interpunxit.

2) Comma post 'praedicat' omisit, post 'sepultura' posuit Hertlenius.

καὶ φλήναφον τὰ τιμώμενα[1]), σοφώτερος ἐν τοῖς αὐτοῖς δέδεικτο τοῦ Τυρίου γέροντος (sc. Πορφυρίου). Iam vero cum Iulianum Antiochiam reliquisse constet a. d. III. Non. Mart.[2]), cognoscimus inde terminum, ante quem scripti sint necesse est ii de quibus agimus libri, si quidem recte statuimus Antiochiae eos ad finem perductos esse. Atque hoc quidem negavit Teuffelius (Pauly's Realencyclopaedie IV 416) tum demum eos perfectos esse contendens, cum Iulianus relicta Antiochia bellum contra Persas gereret. Mirum certe non est imperatorem etiam per armorum strepitum et tubarum sonitum litteris vacasse; neque tamen satis grave est quo Teuffelius nititur Hieronymi testimonium; quem non nego ad accuratiorem notitiam rerum a Iuliano gestarum pervenire potuisse, nam Apollinarem Laodicenum frequenter sese Antiochiae audivisse pronuntiat in epistula LXXXIV. ad Pammachium et Oceanum data I 523 E Vall.². Neque tamen urgenda sunt eius verba, quae inveniuntur in epistula LXX. ad Magnum data (ibid. p. 427 E): Iulianum Augustum VII libros in expeditione Parthica adversum Christum evomuisse; Parthica enim expeditio fieri coepta est relicta Constantinopoli. Neque videtur esse neglegendum Libanii epitaphium esse in numero earum orationum, quae demonstrativae vocabantur; atque in ea oratione veri simillimum est futurum fuisse, ut laudator, qui discipulum admiraretur, verba faceret de philosopho imperatore ne in castris quidem litterarum immemore, si re vera tum demum ad finem perducti essent contra Christianos libri. De quorum tempore exstat etiam Theophanis testimonium (ed. Bonn. p. 80, 13 sqq.), qui eorum mentionem fecit, cum narraret res anno mundi 5855 i. e. a. p. C. n. 362/363 gestas. Ergo non repugnat rationi quam Libanio nixi instituimus. Neque vero Theophanis dissensus ullius momenti esset, quem hausisse sua hoc loco infra ostendemus ex Cyrilli prooemio librorum contra Iulianum scriptorum; ubi cum temporis notitia adscripta

1) Τὰ τιμώμενα exhibet codex Bavaricus. Quam scripturam esse recipiendam, reiciendam alteram τὰ λεγόμενα efficitur ex Socratis hist. eccl. III 23, ubi in allato hoc Libanii loco eadem lectio exstat τὰ τιμώμενα.

2) Amm. Marc. XXIII 26: iamque apricante caelo tertium nonas Martias profectus Hierapolim solitis itineribus venit.

sit nulla, ad arbitrium rem egisse Theophanem in anno eligendo plane apparet.

Iam vero quis est qui nesciat Iuliani de quibus agimus libros ad nostram non pervenisse aetatem? Interierunt autem eadem ratione ac ceteri libri, quos perditos esse valde lugemus; qui quidem maximam partem eo perierunt, quod occupatis hominum ani-
4 mis aliarum rerum studiis neque legebantur neque describebantur amplius; id quod eorum qui contra Christianam religionem scripserant libris accidisse iam quarto saeculo exeunte testis est Ioannes Chrysostomus ab anno 398 usque ad annum 404 Constantinopolitanorum episcopus. Ἀλλὰ τοϲοῦτόϲ ἐϲτι, inquit, τῶν ὑπ' αὐτῶν γεγραμμένων ὁ γέλωϲ, ὥϲτε ἀφανιϲθῆναι καὶ τὰ βιβλία πάλαι καὶ ἅμα τῷ δειχθῆναι καὶ ἀπολέϲθαι τὰ πολλά. Εἰ δὲ πού τι καὶ εὑρεθείη διαϲωθὲν, παρὰ Χριϲτιανοῖϲ τοῦτο ϲωζόμενον εὕροι τιϲ ἂν (λόγοϲ εἰϲ τὸν μακάριον Βαβύλαν καὶ κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ πρὸϲ Ἕλληναϲ. Ioh. Chrys. ed. Montefalconius II 339 D). Huc accedit, quod Porphyrii libros contra Christianos scriptos apud quemcumque inventi essent Theodosius Augustus iussit comburi lege a. d. XIV. Kal. Mart. Constantinopoli Zenone Postumiano coss. (i. e. a. 448) lata. Iniuria autem viri docti qui de hac re scripserunt ad unum omnes contenderunt idem fieri iussisse Theodosium de Celsi, Hieroclis, Iuliani libris. Nituntur autem ipsius legis verbis quae inveniuntur in codice Iustinianeo, ubi non de solo agitur Porphyrio (I, 1, 3): Θεϲπίζομεν πάντα ὅϲα Πορφύριοϲ ὑπὸ τῆϲ ἑαυτοῦ μανίαϲ ἐλαυνόμενοϲ ἢ ἕτερόϲ τιϲ κατὰ τῆϲ εὐϲεβοῦϲ τῶν Χριϲτιανῶν θρηϲκείαϲ ϲυνέγραψε πυρὶ παραδίδοϲθαι. Neque tamen animadverterunt genuinam huius legis formam exstare in actis concilii Ephesini (sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio ed. Mansi vol. V. 417) in qua, quamquam multis locis est plenior, omnino non inveniuntur verba ἢ ἕτερόϲ τιϲ, quibus solis quod sibi proposuerunt possunt probare. Quae verba ne quis censeat librariorum culpa esse omissa: ne in praefectorum quidem, qui promulgaverunt imperatoris legem (Mansi V 420), edicto inveniuntur, quod brevi post scriptum esse eo efficitur, quod iam ἀνεγνώϲθη ἐν τῇ ἐκκληϲίᾳ τῶν μοναζόντων ἐν τοῖϲ ἐρημικοῖϲ Φαρμουθὶ κγ' ἰνδικτιῶνοϲ α' ἔτουϲ Διοκλητιανοῦ ρξδ' (i. e. a. d. XIV. Kal. Mai. a. p. C. n. 448). Nam etiam ibi de solo agitur Porphyrio. Inculcata autem videntur esse verba ἢ

ἕτερός τις ab iis qui a Iustiniano iussi codicem composuerunt. In iis sane libris manu scriptis codicem exhibentibus quos nunc possidemus quoniam Graece exhibetur omissa est Theodosii lex; sed iam pridem ex Basilicorum libris eam suo loco intulerunt iuris consulti. Neque vero ii censendi sunt ea verba inseruisse, qui nono saeculo exeunte Basilicorum libros composuerunt. Neque enim omittuntur illae voces a Theodoro Balsamone, qui fuit Constantinopoli exeunte saeculo duodecimo; exstat enim lex illa Theodosii etiam in illius ecclesiasticarum constitutionum collectione p. 1233 (τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων συλλογή), quae impressa invenitur in bibliothecae iuris canonici veteris opera Guilelmi Voëlli et Henrici Iustelli tomo altero Parisiis a. 1661 edito p. 1217 sqq. Neque mutuatum esse Theodorum Balsamonem illam legem a Basilicorum libris, sed hausisse eam ex ipsius codicis Iustinianei exemplari, in quo omissa non erat, pro certo affirmari licet, cum verba in Theodori libro legi praemissa Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστοι Ὁρμίσδᾳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων in Basilicis non inveniantur. Iam vero quoniam ostendi non saeviisse in Celsi Hieroclis Iuliani libros Theodosium imperatorem, sed mutatam esse eius legem temporibus Iustiniani qui octoginta fere annis post illius mortem ad fastigium regiae maiestatis provectus est, mutata legis forma legis vim adepta est aut a. d. XVI. Kal. Mai. a. 529, quo prior codicis forma, aut a. 534. a. d. IV. Kal. Ian., quo codex repetitae praelectionis augustissimae sanctionis particeps factus est. Neque tamen veri simile est ab eo temporis momento diligenter et accurate inquisitum esse in Christianae religionis inimicorum libros. Vix enim etiam tum opus fuisse inquisitione ex Chrysostomi verbis quae supra adscripsimus plane apparet. Neque quisquam putandus est animadvertisse ad minutam illam legis mutationem, quae in codice tot constitutionum mole referto occultabatur. Ergo conquerenda nobis est temporum invidia, quae nos privavit illis libris, e quibus cum intellegeretur, qualem esse Christianorum religionem putassent philosophi, etiam causae debuerunt cognosci, quibus permoti a deorum cultu non destitissent Graecorum et Romanorum ii, qui litterarum studiis animos excoluerant.

Verissimum autem esse Ioannis Chrysostomi testimonium dicentis libros Christianae religioni infensos, si forte alicubi in-

veniantur, deprehendi apud Christianos, facillime nobis persuadebimus, si ipsam rem spectaverimus. Novae enim sectae asseclis scripti erant illi libri, iis qui maiorum religionem etiam tum pie colerent non item. Quid enim illis opus erat demonstrari foedissimam esse Galilaeorum superstitionem, quae quin perversa esset et longe abicienda numquam dubitaverant? At ipsis Christianis erat probandum longe inferiorem eos profiteri fidem, persuadendum iis erat, ut ad maiorum sacra reverterentur. Imprimis igitur Christianos legisse paganorum libellos nemo iam mirabitur. Habemus autem compertum numquam tergiversatos esse Christianos, cum ad certamen provocarentur. Altero enim saeculo apologiis defendebant crimina, quae ab omnibus in eos intendebantur. Quae peculiaribus libris iis exprobrabant philosophi propulsare studuerunt, quae gravissimam illorum subierant vituperationem summa laude digna esse ut ostenderent vasta conscripserunt volumina. In quibus cum adscribendae essent eae quas refutare voluerunt adversariorum sententiae, iis ipsis refutationibus conservatae sunt permultae illorum librorum reliquiae. Verum enimvero etiam illae Christianae religionis defensiones pleraeque perierunt; nam cum ita corroborati erant Christiani, ut paganos non timerent, quin etiam cum pagani omnino non exstabant, cuius tum intererat cognoscere, quibus ex causis de principio illi recusassent Christianam amplecti religionem?

Ergo nunc agendum nobis de theologis Christianis, qui refutaverunt libros Iuliani imperatoris. Quorum principem esse **Apollinarem Laodicenum** contendit Fabricius (bibl. Graec. VI[4] p. 739), quem secutus est Teuffelius (Pauly's Realencyclopaedie IV p. 416). Teste autem utuntur Sozomeno, qui hist. eccl. V 18, II p. 502 ed. Hussey) de Apollinare οὐκ ἀγεννὴς δὲ, inquit, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα ἤτοι τοὺς παρ' Ἕλληςι φιλοςόφους ἐςτὶν αὐτοῦ λόγος, ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν· ἐν ᾧ καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας ἔδειξεν αὐτοὺς ἀποβουκοληθέντας τοῦ δέοντος περὶ θεοῦ φρονεῖν. τάδε γὰρ ἐπιτωθάζων ὁ βαςιλεὺς τοῖς τότε διαπρέπουςιν ἐπιςκόποις ἐπέςτειλεν· ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. τοὺς δὲ πρὸς ταῦτα ἀντιγράψαι· ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. Sunt haec Sozomeni verba; sed quomodo ex iis effici potest scripsisse Apollinarem librum suum qui pro veritate inscriptus erat, ut refutaret Iuliani

libros? Num etiam censent δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας refelli potuisse Iuliani in Christianos accusationes, quarum plerisque vituperabantur sacrae scripturae enuntiata? Neque temporum ratio videtur esse neglegenda. Per hibernum enim anni 362/363 tempus opus suum aggressus est imperator, et quamquam a. d. VIII. Kal. Iul. a. 363 supremum diem obiit, antea iam legisse statuendus est Apollinaris refutationem. En miram Apollinaris festinationem. Cuius librum re vera legit imperator, nam causa non est cur dubitemus de lepido illo dicto, quod ingenio eius minime repugnat. Dubitandum sane est de episcoporum responso. Non dico non ausuros fuisse episcopos tam impudenter respondere imperatori; neque in ea re offendo, quod Sozomenus memoriae prodidit[1]) pro certo affirmari non posse, quis composuerit epistulam; in qua ne potuit quidem auctoris nomen afferri, cum scripta esse statuenda esset multorum episcoporum nomine. Gravissimam autem movet dubitationem, quod ubi de Iuliani epistula verba facit Sozomenus, indicativi forma utitur (ὁ βασιλεὺς — ἐπέστειλεν); episcoporum autem meminit responsi accusativo usus coniuncto cum infinitivo (τοὺς δὲ πρὸς ταῦτα ἀντιγράψαι). Ergo ipse veritus est ne temere pronuntiaret de re ea, de qua ne tunc quidem satis constaret. Iam vero exstitisse eo tempore episcoporum epistulam plane apparet ex Sozomeni verbis: ἀλλ' εἴτε αὐτοῦ εἴτε ἄλλου ταῦτά ἐστιν, ἄγασθαι δίκαιον ἀνδρείας καὶ παιδεύσεως τὸν γράψαντα. Neque enim potuit laudare eruditionem, nisi aut ipse legerat eam aut is quem auctorem hoc loco secutus est. Quae cum ita sint, conicio composuisse postea episcopos quosdam epistulam et finxisse ea re vera se imperatori respondisse, quae si respondissent, suorum procul dubio habituri fuerunt admirationem.

Neque vero temere nos negasse Iuliani libros impugnavisse Apollinarem etiam magis apparebit, si spectaverimus qua occasione libri qui pro veritate inscribebatur mentionem fecerit Sozomenus. Narraverat autem duodevicesimo quinti libri capite Christianorum eos, qui Graecis litteris summopere studerent, gravissime afflictos esse Iuliani lege (a. d. XV. Kal. Iul. a. 362 data), ne liceret Christianis Graecas litteras edoceri; quarum eo tempore inter hos

1) Eccl. hist. V 18 (II p. 503 ed. Hussey): εἰσὶ δὲ οἱ Βασιλείῳ τῷ προστάτῃ τῆς Καππαδοκῶν ἐκκλησίας ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ἀνατιθέασι· καὶ οὐκ ἀπεικός.

maxime studiosos fuisse cum Basilium et Gregorium Cappadoces, tum Apollinarem Laodicenum. Atque hunc quidem illa lege permotum, ut restitueret detrimentum, consilium cepisse materia ex sacris libris deprompta heroica carmina pangendi, Pindari lyram imitandi, quin etiam Menandri comoedias superandi[1]); neque minus scripsisse contra Iulianum imperatorem et Graecorum philosophos librum qui pro veritate inscriberetur. Dubium igitur esse non potest, quin etiam huius libelli conscribendi causa exstiterit Apollinari lex illa supra commemorata[2]). Quem si consideramus scriptum esse non soli Iuliano, sed etiam aliis Graecorum philosophis, qui cum a veritate aberrassent ea quae non deceret de Deo sentirent, deperditi[3]) libri argumentandi rationem nemo non potest divinare, qui paullum modo versatus sit in hoc litterarum genere. Inhonestos esse et turpes de quibus poëtae agerent deorum mores, philosophorum autem quantam esse dissensionem! Inveniri sane in nonnullorum philosophorum scriptis bonas quasdam sententias neque abiciendas; eas autem depromptas esse omnes ex Mosis scriptis, quem antiquissimis fuisse temporibus et aetate longe anteire omnes Graecorum et poëtas et philosophos satis constaret. Quod si statuimus fuisse libelli argumentum, iam nunc intellegimus quomodo fieri potuerit, ut in eo sacrae scripturae loci non invenirentur. Nam etiam ut Mosis aetatem certis finibus circumscriberent, Graecorum chronographis utebantur Christiani. Huic igitur libello ut responderet dedit Iulianus epistulam suam ad episcoporum eos qui maxime inter ceteros excellebant. Exstat autem eius epistula ad Basilium data inter epistulas Basilii quadragesima (Basilii opera ed. Benedict. III 123) in cuius fine inveniuntur verba ἃ δὲ ἀνέγνων, ἔγνων καὶ κατέγνων, quae cum rebus in epistula tractatis minime cohaerent. Quae sive spuria est sive a Iuliano non abiudicanda: quae modo attuli verba cum non invenirentur

1) Unde efficitur scripsisse contra Iulianum Apollinarem patrem; eum enim poematis conscribendis studuisse, filium contra cui non minus nomen erat Apollinari Platonem imitatum evangelia et apostolorum dogmata in dialogorum formam redegisse auctor est Socrates h. e. III 16.

2) Haud iniuria igitur Theophanes pag. 74, 5 sqq. ed. Bonn., qui hoc loco aut ipso Sozomeno utitur aut ex eodem atque ille haurit fonte Apollinaris librum scriptum esse statuit a. mundi 5854, i. e. a. p. C. n. 362.

3) Nil mirum periisse Apollinaris librum haeresiarchae.

in codicibus Mediceo et Coisliniano, apparet esse interpolata, fortasse a librario eo qui codicem scripsit Harleianum, in quo uno inveniuntur. Idem insequenti epistulae, qua Basilius respondit Iuliano adiunxisse censendus est verba ἃ μέντοι ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως, neque ea ullo vinculo coniuncta cum iis quae antecedunt et scripta in solo codice Harleiano.

Praeter Apollinarem alius quoque eorum qui iisdem temporibus fuerunt contra Iulianum aliquid conscripsisse dicitur. Ebedjesu enim episcopus Sobensis, qui annos p. C. n. 1318 diem supremum obiit, in catalogo librorum omnium ecclesiasticorum exstare tradidit S. **Ephraem Syri** solutionem impietatis Iuliani; cf. Assemani bibl. orient. Clementino-Vatic. III 1, 63a. Atque librum qui inscriberetur solutio impietatis Iuliani pertinuisse ad Iuliani libros veri specie carere non videtur; neque tamen re vera pertinuit. Meminit enim Ebedjesu solutionis eo loco, ubi S. Ephraem Syri attulit carmina. Qua re permotus iam Assemanus recte contendit eandem esse solutionem impietatis Iuliani atque carmen quod S. Ephraem conscripsit 'de persecutione impii Iuliani adversus ecclesiae pastores'. Cf. S. Ephraem acta ex anonymo excerpta in Assemani bibl. or. I 50b. XXVII[1]). Ergo non magis nobis curandus est S. Ephraem quam Gregorius Nazianzenus qui duabus orationibus Iulianum impugnavit.

Primus igitur Iuliani libros refutasse censendus esset **Ioannes Chrysostomus**, si fides esset tribuenda Ioanni Damasceno. In sacris enim parallelis (Ioann. Dam. ed. Lequien II 339) afferuntur Ioannis Chrysostomi verba, quae excipiuntur hoc fragmento: Οὐχ[2]) οἱ ἀσεβοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ δυνάμενοι μὲν ἀπαγαγεῖν τῆς ἀσεβείας, μὴ βουλόμενοι δὲ δι' ὄκνον ἢ διὰ νώθειαν[3]) ὁμοίως κολάζονται. In margine autem scriptum est τοῦ αὐτοῦ (i. e. Chrysostomi) et in codice Rupefucaldino, quo quasi fundamento recensionis nititur Lequien, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ α' πρὸς (sic!) Ἰουλιανόν. Neque tamen inveniuntur ea verba in

1) Ephraemi contra Iulianum carmina edidit Overbeck, S. Ephr. Syri etc. opera sel. Oxonii 1865, vertit Bickell, Zeitschr. f. kathol. Theologie II 1878 p. 335—356.

2) Οὐκ in οὐχ mutavi.

3) Νώθειαν scripsi pro νοθείαν.

Chrysostomi oratione in Babylam habita adversus Iulianum et gentiles (I. Chr. ed. Montefalconius II) neque de hac oratione cogitandum esse efficitur ex codicis Rupefucaldini scriptura ἐκ τοῦ α′ πρὸς Ἰουλιανόν. Nam oratio illa in libros non est divisa. Ergo censendus esset Chrysostomus conscripsisse opus contra Iulianum quod duobus certe libris constaret. Neque tamen id unquam exstitisse credo. Non haereo in ea re, quod nusquam eius mentio facta est; sed saepe aut ipse Ioannes Damascenus aut librarii ii qui sacra parallela descripserunt erraverunt in scriptorum nominibus indicandis. Exempli gratia p. 753 Iustini verba afferuntur ita: ἐκ τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἀντώνιον[1]) αὐτοκράτορα; antecedit autem Clementis Alexandrini locus ex libro VII. strom. Eodem modo pag. 752 Philonis: τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ τελευταίου τῶν ἐν ἐξόδῳ ζητημάτων. Praemittuntur autem Εἰρηναίου ἐκ τοῦ τετάρτου ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Facillime igitur etiam Chrysostomo tribui poterant quae minime ab eo erant profecta. Quod autem in Ioannis Damasceni libro permulta afferuntur loca ex Cyrilli Alexandrini contra Iulianum libris deprompta neque alterius libri mentio fit contra Iulianum scripti, Cyrilli esse ea censeo, quae Chrysostomi esse nego. De quibus infra disputabo plura, ubi de Cyrillo verba faciam et de altero Iuliani libro.

Apollinarem ostendimus impugnasse Iulianum neque tamen eius libros; **Macarium Magnetem** non negandum est scripsisse contra libros Christianae religioni infestos, neque tamen eos fuisse Iuliani erit nobis demonstrandum. Anno autem 1867 repertus est Athenis codex Macarii Magnetis, qui quondam exstitit Venetiis in bibliotheca Marciana. Eundem enim esse codicem Atheniensem atque Marcianum recte contendisse videtur in dissertatione sua, quae est de Macario Magnete et scriptis eius Parisiis a. 1877 publici iuris facta p. 4. L. Duchesne, cuius sententia novo firmari potest argumento. Est enim codex Atheniensis 'chartaceus in 4°, fol. 125, saec. XV., initio et fine mutilus'. Describitur autem codex Marcianus in codicum indice manu scripto, quem ut inspicerem Venetiis factum est insigni Ioannis Veludo praefecti bibliothecae ad Divi Marci Venetiarum voluntate. Inscribitur autem catalogus ita: „Index librorum reverendissimi quondam Cardinalis

1) Scribe Ἀντωνῖνον.

Niceni[1]) confectus mandato clarissimorum Doctorum Dominorum Sebastiani Foscareni, Marci Antonii Venerii, et Nicolai de' Ponte' Gimnasii reformatorum, ut senatus consultum a XV viris factum tertio calendas januarii exsequerentur, ordine literarum servato. M. D. XLV[2])." In quo ita agitur de Macario Magnete: '14 A. Magnetis contra Grecos, sine tabulis in papyro. n⁰. 625'. Fuit igitur Venetus codex chartaceus neque id dubium esse potest, quin initio fuerit et fine mutilus, cum tabularum caruerit tegumento. Fortasse ad certum finem perduci potest quaestio codice Atheniensi iterum inspecto, in quo complurium inveniuntur librariorum manus. Notum autem est permulta Bessarionem in codicibus suis adnotasse, notissimum minutum ipsius et difficile lectu chirographum; atque eius fortasse exstant exempla in codice nunc Atheniensi.

Quomodo autem inscriptus esset Macarii Magnetis liber non recte explorasse videtur mihi Carolus Blondel, a quo Parisiis a. 1876 editus est Μακαρίου Μάγνητος ἀποκριτικὸς ἢ μονογενής. Neque haesit in inscriptione L. Duchesne. Inveniuntur autem verba haec libro tertio et quarto praemissa, quibus totius operis inscriptionem contineri dicit Blondelius. Ante tertium igitur librum posita sunt haec: Μακαρίου Μάγνητος Ἀποκριτικὸς ἢ Μονογενὴς πρὸς Ἕλληνας περὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ζητημάτων καὶ λύσεων; quarto praemittuntur haec: Μακαρίου Μάγνητος Ἀποκριτικὸς ἢ Μονογενὴς πρὸς Ἕλληνας περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ζητημάτων καὶ λύσεων. Quid autem sibi vult Μονογενὴς πρὸς Ἕλληνας? Luce clarius est transponenda esse verba et scribendum: Μ. Μ. Μονογενὴς ἢ Ἀποκριτικὸς πρὸς Ἕλληνας. Quae emendatio aliis etiam comprobatur argumentis. Leguntur enim etiam haec ante tertium librum: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τρίτῳ τεύχει τῶν ἀποκριτικῶν πρὸς Ἕλληνας λόγων; et ante quartum: Τάδε περιέχει ἡ τετάρτη βίβλος τῶν Ἀποκριτικῶν πρὸς Ἕλληνας λόγων. Et ipse Duchesne p. 6 in quattuor codicibus Parisinis, in quibus exstat Ioannis Antiocheni synopsis, ita induci dicit fragmentum Macarianum: Μακαρίου Μάγνητος ἐκ

---

1) I. e. Bessarionis.

2) Huius indicis apographum esse mihi videtur index quem exhibet codex bibl. Colbertinae 2145, quem publici iuris fecit Montefalconius bibl. biblioth. I 467 sqq.

τῶν πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ ἀποκρίσεων; et p. 7 in codice Vaticano 840 locum Magnetis inveniri f⁰. 166 cum inscriptione τοῦ Μακαρίου Μάγνητος ἐκ τῶν πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ ἀποκρίσεων. Iam nunc oritur difficultas utrum fides habenda sit verbis tertio libro praemissis περὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ζητημάτων καὶ λύσεων, an eis quae ante librum quartum reperiuntur περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ζητημάτων καὶ λύσεων. Totius sane operis inscriptionem inesse non posse in prioribus verbis nemo negabit, cum libro quarto non de evangelio, sed de epistularum imprimis agatur locis. Sed dixerit forte quispiam peculiarem tertii libri eo contineri inscriptionem. Neque vero is rem acu tetigerit. Nam in medio tertio libro transitus fit ad tractandos actorum et epistularum locos. Inveniuntur autem haec in indice rerum post caput tertium decimum: Ἑτέρας ὑποθέσεως ἀρχὴ ἐκ τῶν Πράξεων καὶ τοῦ Ἀποστόλου. Epistulae enim novi testamenti inde ab exeunte saeculo II. ὁ ἀπόστολος dicebantur[1]). Exstabant igitur in totius operis inscriptione verba ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ. Latent autem etiam aliae corruptelae in verbis tertio et quarto libro praemissis. Quid enim est ἀποκριτικὸς περὶ λύσεων? Neque recte dicuntur ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ζητήματα p. 49, optime autem p. 155 περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ζητήματα. Tum veteres scriptores libros ita inscribere solebant, ut in ipsa uniuscuiusque libri inscriptione inveniretur libri numerus. Quae cum ita sint, a vero vix aberrabimus, si ita inscriptos fuisse censemus quinque (de numero cf. Duchesne p. 15 sq.) Macarii Magnetis libros: Μακαρίου Μάγνητος Μονογενὴς ἢ ἀποκριτικὸς πρὸς Ἕλληνας. Περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ζητημάτων καὶ λύσεων λόγος α', β', γ', δ', ε'. In quibus invenitur disputatio philosophi cuiusdam Graeci, qui Christianam accusat religionem, cum Macario Magnete habita. Quam re vera numquam ita habitam esse ostendit orationum longitudo et servatus in Macarii refutationibus philosophi criminationum ordo. Atque effecit Duchesne p. 21 ex diverso sermonis genere, quo uterentur philosophus et Macarius, mutuatum esse illum philosophi crimina ex libro quodam contra Christianos scripto. Quam comprobavit con-

---

1) De quibus actorum et epistularum locis quaestiones institutae sint, intellegitur ex indicibus libris tertio et quarto praemissis.

iecturam Theodorus Zahn eo quod redargui non potest argumento. Animadvertit enim in dissertatione sua de Macario scripta (Brieger's Zeitschrift für Kirchengeschichte II 3 1878 p. 453) eorundem interdum locorum ex libris sacris repetitorum alias inveniri scripturas apud philosophum alias apud Macarium. Sed unde deprompta sunt philosophi crimina? Nam ea ex complurium libris esse compilata credat Iudaeus Apella. Unum enim in omnibus est dicendi genus, una argumentandi ratio. Ac de Iuliano quidem cogitavit Moellerus (Schuerer's theologische Literaturzeitung 1877 Nr. 19 p. 525), cogitasse videtur Theodorus Zahn (loco supra allato p. 452), permotus uterque duobus Macarii locis, ubi philosophus sui temporis rationem reddere videtur. Pagina enim 163 plus trecentos annos dicit transiisse post extremas Christi orationes. Καὶ ἰδοὺ, inquit, τριακόσια ἢ καὶ περαιτέρω διΐππευσεν ἔτη; pagina autem 160, 6 post scriptam Pauli ad Thessalonicenses epistulam priorem itidem trecentos annos. Dubium enim non est, quin Blondelius recte mutaverit ἔτη τριάκοντα in ἔτη τριακόσια. Atque etiam afferre quaedam possum, quae in philosophi verbis Iulianum olent. Ita p. 55, 2 verba quaedam Matthaei ὕθλων καπηλικὸν dicit philosophus: Iulianus apud Cyrillum p. 238 E Christianos vituperat, quod cauponum vitam imitentur: βίοις ἀνθρώπων ἑτέρων, καπήλων ... ἁρμόττειν ψήθητε χρῆναι τὰ παρ' ὑμῖν. Idem p. 39 A profitetur τὰς αἰτίας ἐκθέσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ὑφ' ὧν ἐπείσθη[ν], ὅτι τῶν Γαλιλαίων ἡ σκευωρία πλάσμα ἐστίν. Eodem modo philosophus p. 56, 10 εἰ γὰρ ὄντως ἀληθὲς τοῦτο καὶ μὴ πλάσμα τυγχάνει; p. 57, 12 ὅθεν, ὡς ἐγὼ κρίνω, πλάσμα τῆς ἱστορίας ταύτης ἡ ἀφήγησις; p. 57, 14 εἰ δ' οὖν πλάσμα τυγχάνει et saepius. Optime etiam exclamari potuerunt a Iuliano voces p. 55, 15 φεῦ τῆς ἀπαιδευσίας! φεῦ τῆς κωμικῆς πλάνης! et si philosophus p. 55, 11 ὢ μῦθος, inquit, ὢ λῆρος, ὢ γέλως ὄντως πλατὺς respondent Iuliani verba ironice dicta p. 224 D ὢ μέγεθος ἀρετῆς! ὢ σοφίας πλοῦτος! Atque etiam ea quae p. 56, 20 sqq. de barbarorum pugnis dicuntur, facile possunt esse Iuliani. Maximi autem momenti videtur hoc esse. Iam supra dixi in medio libro tertio transitum fieri a tractatis evangeliis ad examinandos reliquos novi testamenti libros. Iam si consideramus perditos esse primum et quintum Macarii librum, collecta philosophi crimina idem statuenda sunt spatium occupasse atque duo

Iuliani libri. Quid? quod ipse Iulianus p. 218 A profitetur peculiariter se acturum esse de evangeliorum prodigiis? id quod fecisse eum altero operis sui libro efficitur ex p. 261 E, ubi in Christi genealogiam, in qua referenda differant Matthaeus et Lucas, diligenter se inquisiturum esse dicit in altero libro. Tertio autem verisimile esse in examen eum vocasse reliqua novi testamenti scripta in altero prolegomenon capite exponemus. Haud absona igitur videtur esse coniectura servatam esse in Macarii Magnetis apocritico magnam alterius et tertii librorum Iulianeorum partem, et alterius finem, tertii initium in medio libro tertio apocritici inveniri, ubi exstant verba ἑτέρας ὑποθέσεως ἀρχὴ ἐκ τῶν πράξεων καὶ τοῦ ἀποστόλου. Blanda coniectura — neque tamen accipienda. Multa enim sunt in philosophi fragmentis quae a Iuliano aut dici non potuerint aut dicta non esse possit demonstrari. Iam initium faciamus ab iis rebus, quae minoris momenti sunt. Dicit philosophus p. 23, 16 sqq.; 162, 6 sqq. de innumerabili Christianorum multitudine fidei causa ad mortem ducta; id quod melius dixisse Porphyrium vel Hieroclem, qui libros suos scripserunt dum persequuntur Christianos, quam Iulianum imperatorem, quem constat vim in illos non adhibuisse, unusquisque sibi persuadebit. Pagina autem 57, 16 philosophi inveniuntur verba ἐν Ἰουδαίᾳ γῇ, cum Iulianus semper dicat ἡ Ἰουδαία aut γῆ Ἰουδαία, Ἰουδαία γῆ non item. Quid? quod cum ne uno quidem loco Christianorum nomine utatur Iulianus, quos semper Galilaeos vocet, in philosophi fragmentis Galilaeorum non fit mentio, quin etiam p. 201, 5 memorantur Χριστιανοί?[1]) Gravissima autem argumenta eo sunt repetenda, quod apud alios scriptores exstant Iuliani librorum fragmenta, quibus de iisdem rebus agatur atque philosophi quibusdam locis, sed ita, ut aut proferatur sententia, quae philosopho repugnet, aut eadem sententia aliis verbis sit consignata atque eo modo, ut non idem esse Iuliani atque philosophi fragmentum plane appareat neque potuisse Iulianum alio loco de eodem scripturae versu ita agere, ut inde depromptum esse videretur philosophi Macariani fragmentum. Non dico philo-

1) Hiatus quoque evitandi etiam studiosior Iuliano fuisse videtur philosophus Macarianus. Qua tamen e diversitate cave argumentum petas. Nam cum ipse Macarius severior esset in hiatu admittendo, fieri potuit, ut etiam philosophi verba consuetudini suae accommodaret.

sophi verba p. 53 sequi debuisse Iuliani fragmentum a Theodoro Mopsuesteno servatum (Th. M. in N. T. comm. ed. Fritzsche p. 16) neque tamen hoc in Macario inveniri; dixerit enim forte quispiam omissum id esse a Macario. Sed p. 98 vituperat Christum, quod non morigeratus diabolo iubenti eum de templo se demittere responderit οὐκ ἐκπειράϲειϲ κύριον τὸν θεόν ϲου. Accurate autem etiam Iulianum in historiam tentationis Christi inquisivisse compertum habemus ex eodem Theodoro p. 12 sqq. Atque ipsum etiam in examen vocasse illud Christi responsum intellegitur ex Theodori verbis p. 13, 19 sqq. Sed alia praemissa erant Iuliani verba, quae ipsa quoque ad tentationem Christi pertinebant. Cf. Th. M. p. 13, 11 sqq., 13, 17 sqq., 14, 19 sqq., 15, 2 sqq. Neque vero hoc loco tam facile statuendus est Macarius quaedam omisisse; nam hic quae omissa essent non secuta esse, sed praemissa statuenda essent. Verum enim vero philosophi verba inducuntur verbis his: φέρε δέ ϲοι κἀκείνην τὴν λέξιν εἴπωμεν, unde intellegitur ad novam rem tractandam transitum fieri; neque causa omittendi satis appareret. Pagina autem 198 Pauli dictum vituperat philosophus quod invenitur in epistula ad Corinthios data prima cap. 6, v. 11. Quid? quod eandem sententiam aliis verbis explanavit Iulianus in fragmento a Cyrillo servato p. 245 A sqq.? Statuere autem poterimus de controversia duobus locis in medium prolatis. Eadem enim sententia, sed aliis omnino verbis philosophus egit de Matthaei v. 21 capitis IX: πώληϲόν ϲου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸϲ πτωχοῖϲ καὶ ἕξειϲ θηϲαυρὸν ἐν οὐρανοῖϲ, aliis omnino Iulianus de Lucae cap. 12, 33: πωλήϲατε τὰ ὑπάρχοντα καὶ δότε πτωχοῖϲ.[1]) ποιήϲατε ἑαυτοῖϲ βαλλάντια μὴ παλαιούμενα. Utriusque autem verba praestat, ut opinor, adscribere.

Philosophus pag. 58, 15 sqq.

Ὅθεν δοκεῖ μοι ταῦτα (Matth. XIX 24) μὲν τοῦ Χριϲτοῦ μὴ τυγχάνειν τὰ ῥήματα, εἴ γε τὸν τῆϲ ἀληθείαϲ παρεδίδου κανόνα, ἀλλὰ πενήτων τινῶν τὰϲ τῶν πλουτούντων οὐϲίαϲ ἐκ τοιαύτηϲ κενοφωνίαϲ ἀφαιρεῖϲθαι θελόν-

Iulianus ap. Photium, Amphil. 100 ed. Oeconomus (Athenis 1858) = 101 ed. Hergenroether (Patrol. Graec. cur. Migne vol. CI. p. 617 A).[2])

Ἀκούϲατε καλοῦ καὶ πολιτικοῦ παραγγέλματοϲ·

1) ἐλεημοϲύνην exhibet Lucas.

2) Ne mireris, quod patrologiam Graecam a Mignio editam hoc

των. ἀμέλει γοῦν χθὲς, οὐ πάλαι, γυναιξὶν εὐςχήμοςι ταῦτ' ἐπαναγινώςκοντες 'πώληςόν cου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θηςαυρὸν ἐν οὐρανοῖς', ἔπειςαν πᾶςαν οὐςίαν ἣν εἶχον καὶ ὕπαρξιν διανεῖμαι πένηςι, καὶ αὐτὰς εἰς ἔνδειαν ἐλθούςας ἐρανίζεςθαι ἐξ ἐλευθερίας εἰς ἄςεμνον ἀπαίτηςιν ἐλθούςας, ἐλεεινὸν ἐξ εὐδαιμονίας ἐπελθούςας πρόςωπον, καὶ τέλος ἀναγκαςθείςας ἐπὶ τὰς ἐχόντων οἰκίας ἀπιέναι, ὅπερ ἐςτὶ τῆς πρώτης, μᾶλλον δ' ἐςχάτης ὕβρεώς τε καὶ ςυμφορᾶς, τῶν οἰκείων ἐκπεςεῖν εὐςεβείας προςχήματι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρᾶν ἀνάγκῃ τῆς ἐνδείας. Ἐξ ὧν δοκεῖ μοι ταῦτα γυναικὸς εἶναι καμνούςης τὰ ῥήματα.

'πωλήςατε τὰ ὑπάρχοντα καὶ δότε πτωχοῖς· ποιήςατε ἑαυτοῖς βαλλάντια μὴ παλαιούμενα'. ταύτης τίς εἰπεῖν ἔχει πολιτικωτέραν τῆς ἐντολῆς; εἰ γὰρ πάντες ςοι πειςθεῖεν, τίς ὁ ὠνηςόμενος; ἐπαινεῖ τίς ταύτην τὴν διδαςκαλίαν, ἧς κρατυνθείςης οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐκ οἰκία μία ςυςτήςεται; πῶς γὰρ πραθέντων ἁπάντων οἶκος ἔντιμος εἶναι δύναταί τις ἢ οἰκία; τὸ δὲ, ὅτι πάντων ὁμοῦ τῶν ἐν τῇ πόλει πιπραςκομένων, οὐκ ἂν εὑρεθεῖεν οἱ ἀγοράζοντες, φανερόν ἐςτι καὶ ςιωπώμενον.

Quis igitur est qui fieri potuisse censeat, ut Iulianus cum altero loco philosophi verbis usus esset, altero ea quae a Photio servata sunt proferret? Philosophi igitur fragmentum non depromptum est ex Iuliani libris. Est autem operae pretium animadvertere, quanta sit dicendi differentia: sedata enim oratione argumentatur philosophus, alacre et excitatum Iuliani ingenium apparet ex oratione interrogationibus referta. Neque minus insigne est alterum exemplum. Philosophus enim negat exstare quicquam librorum a Mose scriptorum; omnes enim, qui eius nomine ferrentur postea ab Esdra esse conscriptos. Nam Μωυςέως, inquit p. 54, 3, οὐδὲν ἀποςώζεται. ςυγγράμματα γὰρ πάντα ςυνεμπεπρῆςθαι τῷ ναῷ λέγεται. ὅςα δ' ἐπ' ὀνόματι Μωυςέως ἐγράφη μετὰ ταῦτα, μετὰ χίλια καὶ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη τῆς Μωυςέως τελευτῆς ὑπὸ Ἔςδρα καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ςυνεγράφη. De Iuliano autem Cyrillus p. 168 A ποτὲ μέν φηςι, inquit, τὸν ἱεροφάντην Μωυςέα δημαγωγοῦντα μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντα τοὺς

loco laudavi: quaestionum Amphil. editio, quae vol. CI. continetur, non veterem quandam editionem repetivit, sed novam praebet Hergenroetheri recensionem.

περὶ θεοῦ ποιήσασθαι λόγους, οὔτε ἔχοντας ὀρθῶς οὔτε μὴν ἐοικότως αὐτῷ (sc. θεῷ) γεγονότας. ποτὲ δὲ τὸν Ἔσδραν ἀπὸ γνώμης ἰδίας προσεπενεγκεῖν τινα διατείνεται. Differt igitur Iulianus eo a philosopho, quod cum ille quicquam Mosis servatum esse neget, omnia ab Esdra esse supposita contendat, ipse exstare quidem censet Mosis libros, sed ab Esdra esse quaedam adiecta. Iam nunc dubium non est, quin alius sit philosophus Macarianus, alius Iulianus imperator. Sed meminerit forte quispiam trecentorum illorum annorum, quos post Christi mortem transiisse philosophus dicit. Sed eum memorem esse iubeo dialogum finxisse Macarium. Itaque quam in libro quem exscripsit invenit temporis discriptionem — quam non adiectam esse ab eo, sed ab ipso pagano positam sententiarum ordo docet — mutatam suae accommodavit aetati.[1]) Neque vero quicquam eum mutasse censeo nisi quod trecentos posuit annos, ubi ducenti in codice exstabant. Quod si mecum statuis in Porphyrium quadrat temporum ratio, quem refutatum esse a Macario Wagenmannus iam coniecit, cuius de Porphyrio et fragmentis anonymi Macarianis exstat disputatio in annalibus iis, qui inscribuntur Jahrbücher für deutsche Theologie. vol. XXIII. 1878 fasc. 2. p. 269 sqq. Quibus de fragmentis cum accuratius mihi agendum sit in scriptorum Graecorum qui Christianam impugnaverunt religionem fasciculo altero, quo fragmenta Porphyrii et Hieroclis collecta proponentur, nunc satis habeo duo argumenta attulisse, quibus confirmare me posse puto Porphyrii magnam partem a Macario nobis esse servatam. In eo enim, de quo modo egi fragmento p. 54, 5 mille centum et octoginta annis post Mosis mortem sua Esdras dicitur conscripsisse. Ubi minime intererat scire quantum fuisset tempus inter Mosem et Esdram, nedum opus fuisset tam accurata temporum discriptione. Quid igitur verisimilius quam ab eo hunc locum esse scriptum, qui temporum rationibus definiendis maximam operam navaverat, qui ipse quoque opus chronologicum conscripserat, h. e. a Porphyrio? Quem autem potiore ratione statuemus p. 94 sq. vehementissime invectum esse in sacramentum corporis dominici, quod immane esset hominis carne hominem vesci, quam eum qui ab animalibus omnino iuberet abstinere, cuius etiam nos gaudemus quattuor libris περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων?

1) De Macarii aetate cf. digressionem infra positam.

## Digressio de aetate Macarii Magnetis.

Ostendit Theodorus Zahn commentatione sua doctrinae et bonae frugis plena, quae exstat in Briegeri annalibus historicis ecclesiasticis vol. II. 3 p. 452 sqq. 1878, scriptum esse Macarii Magnetis apocriticum circa exitum saeculi quarti. Neque iniuria dicit, si exploratum esset tempus, quo Babylon Assyriorum metropolis a Persis vastata esset, fore ut statuere possimus, utrum circa annum 390 an 410 libros suos Macarius conscripserit. Nam de Babylonis vastatione recentissima egit Macarius VI 11 p. 170, 10 sqq.: μέχρι τοῦ νῦν βασιλικὴ τῶν Ἀccυρίων μητρόπολιc γέγονεν ἡ καλουμένη Βαβυλὼν, ὀκτακοcίουc καὶ πεντήκοντα cταδίουc ἐν κύκλῳ περιβαλοῦcα, εἶτ' ἐπὶ πεντήκοντα πήχειc τοῦ περιβόλου τὸ πλάτοc εὐρύναcα, καὶ διακοcίουc καὶ πεντήκοντα τὸ ὕψοc ἐπάραcα, ἄμαχόc τιc οὖcα καὶ ἀνάλωτοc, δεύτερον δ' ὑπὸ[1]) Περcῶν ἐρημωθεῖcα οὐδ' ἴχνοc τῆc παλαιᾶc εὐδαιμονίαc cώζει. Iam vero Babylon erat deserta, postquam a Traiano vastata est et ab Avidio Cassio funditus eversa; Macarius autem suo tempore urbem de qua egit dirutam esse tradidit neque a Romanis, sed a Persis. Quae cum ita sint, statuendus est confudisse Babylonem et Ctesiphontem loquendi more adductus. Ctesiphon autem Persarum caput a Persis vastari non potuit nisi orto bello intestino. Iam vero haec inveniuntur apud Amri interpolatorem de Achaeo Ctesiphontis episcopo (Assemani bibl. orient. III 1 p. 369a): 'Achaeum Iezdegerdes singulari benevolentia complectebatur, et paullo post assumptum episcopatum in Persidem eum ablegavit ad componenda quaedam magni momenti dissidia, quae ipsi Iezdegerdi cum Bihuro Saporis filio[2]) suoque germano Persidis principe emerserant. Illuc itaque profectus Achaeus negotium pro quo legatus fuerat, ex sententia expedivit'. Episcopus autem Ctesiphontis erat Achaeus ab anno 411 usque ad annum 416 (cf. Assemani III 1 p. 369a III); itaque non multo post annum 411 legatione functus est. Inde autem, quod anno 410 synodus habita

1) δ' ante ὑπὸ adieci.

2) Cui non Bihuro nomen fuisse, sed Behwaro vel Behbôdho adnotavit Noeldeke v. ill., Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden. Aus der Arabischen Chronik des Tabari übersetzt etc. Leyden 1879 p. 75 adn. p. 436a adn. 10.

est Seleuciae, efficitur eo tempore integram fuisse etiam Ctesiphontem; quam nunc contendimus aut exeunte anno 410 aut anno 411 vel 412 vastatam esse. Neque enim quicquam compertum habemus de altero bello intestino iis temporibus coorto, quamquam non ita tenui eorum temporum notitia instructi sumus. Ergo scripsit Macarius libros suos post annum 410. Remanet autem difficultas ea, quod re vera eum de vetere Babylone verba facere ex descriptione urbis apparet. Eo igitur in errorem inductus, quod Ctesiphon tunc saepissime diceretur Babylon, re vera putasse censendus est Babylonem tunc vastatam esse. Quod autem ita errare ne is quidem potuit, qui in Syria vitam degeret, etiam eo refutatur Duchesnii coniectura, quam Zahnius l. l. p. 452 iam redarguit, comprobatur Lequienii sententia a Moellero et ipso Zahnio accepta, fuisse Macarium episcopum Magnesiae prope Maeandrum sitae.

---

Iam vero de studiis Iulianeis **Theodori Mopsuesteni** agamus. Quorum accuratiorem notitiam assecuti sunt viri docti anno 1788, quo Fridericus Muenterus in libri qui inscribitur fragmenta patrum Graecorum fasciculo primo Hafniae edito p. 72 sqq. sex edidit Theodori fragmenta quae „exscripserat in bibliotheca Corsiniana Romae ex apographo viri cuiusdam docti, quem Fogginum fuisse suspicatur, sumpta ex codice Palatino XX catenam Patrum in Lucam exhibente“. Ac primo quidem fragmento praemissa sunt verba haec: Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῆς πρὸς τὰ κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιάνου[1]) τοῦ παραβάτου. E quibus effecit Muenterus scripsisse Theodorum Mopsuestenum contra Iulianum librum, qui inscriptus esset Θεοδώρου Μοψουεστίας κατηγορία πρὸς τὰ κατὰ Χριστιανῶν Ἰουλιάνου[2]) τοῦ παραβάτου. Neque tamen ita inscribi potuit. Neque enim accusationi locus, sed refutatione opus erat. Quod autem maximi momenti est: non permittunt linguae Graecae rationes, ut coniungantur voces ita ut voluit Muenterus. Concedet autem unusquisque corruptum esse locum neque negabit lenissima mutatione scribendum esse πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας. Tunc sane deest genetivus

1) Scribe Ἰουλιανοῦ.
2) Cf. quae supra adnotavi.

substantivi cum articulo τῆς coniungendi; sed supplendum sine dubio συγγραφῆς eodem modo, quo in verbis quinto fragmento praemissis ἐκ τῆς πρὸς Ἰουλίανον.[1]) Quid? quod fieri potest, ut non recte legerit Muenterus quod in codice scriptum erat? Inveniuntur enim verba haec in Leonis Allatii diatriba de Theodoris (Mai, nova patrum biblioth. VI p. 30): „Adversus Iuliani apostatae calumnias in Christianos, laudatur in catena Graeca ad Lucam: Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Ex commentariis Theodori Mopsuesteni adversus Iuliani desertoris criminationes in Christianos". Ac recte legisse Allatium veri simile mihi videtur etiam aliam ob scripturam, in qua differt a Muentero; veri similius enim esse in codice ἐκ τῶν quam ἐκ τῆς πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας scriptum esse inde efficitur, quod alteri Theodori fragmento praemittuntur verba Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν. Eo igitur modo, quo Muenterus putavit, non inscriptus erat Theodori contra Iulianum liber. Quem omnino non exstitisse ostendebat Otto Fridolinus Fritzsche qui de Theodori Mopsuesteni vita et scriptis commentationem historicam theologicam Halis anno h. s. 36 publici iuris fecit.[2]) Contendit autem Fritzschius p. 81 fuisse ea quae Muenterus publicavit fragmenta in commentario, quo Theodorus evangelium Lucae illustrasset. Id quod mihi non persuasit. Neque enim probavit Theodorum peculiari opere Iulianum non impugnasse et gravissimae accepta Fritzschii sententia oriuntur difficultates. Levissimum enim est quod dicit manifestum esse verba Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου non continere titulum libri Theodorei, sed eius esse qui illa excerpserit. Putat igitur finxisse excerptorem ea quae scripsit; id quod statuere vetamur arte ac ratione, nisi causae exstant gravissimae. Gravissimum autem certe non est, quod Fritzschius „illud etiam" inquit „Muenteri coniecturam aliquatenus infringit, quod illa fragmenta in catena exhibita sunt atque in iis ipsis istius modi libri nullum indicium est". Num igitur omnes libros exstitisse negandum est, quorum in uno tantum

1) Scribe Ἰουλιανόν.

2) Huius commentationi debeo notitiam sententiarum Muenteri, cuius librum mihi comparare non potui.

libro mentio fiat? Et quid mirum in catena inveniri fragmenta librorum contra Iulianum scriptorum, in quibus fieri non potuerit, quin innumerabiles sacrae scripturae loci illustrarentur? Quid mirum, cum in catenis a Cramero Oxoniae editis multa inveniantur ex Cyrilli Alexandrini contra Iulianum libris hausta? Neque concedere possum facilius Theodorum Lucae v. II 32 provocatum esse statui ut ea quae primo fragmento continentur disputaret, quam eo ipso qui ea excerpsisset commotum esse, ut ex istiusmodi Theodori libro fragmentum illud catenae insereret. In Iuliani enim verbis[1]) τοῦ χάριν πολὺ μὲν εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἔπεμπε τὸ προφητικὸν χάρισμα καὶ τὸν Μωυσέα καὶ τὸ χρῖσμα καὶ τοὺς προφήτας καὶ τὸν νόμον καὶ τὰ παράδοξα καὶ τὰ τεράστια τῶν μύθων; Ἀκούεις γὰρ αὐτῶν βοώντων· ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. Ἐπὶ τέλους δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἔπεμψεν ἐκείνοις nihil ex Luca depromptum impugnatur, quin etiam ne invenitur quidem. Ac ne iis quidem verbis, quibus Theodorus Iuliano adversatur, ex Lucae evangelio quicquam affertur. Qui autem ex celeberrimorum patrum scriptis catenam congerere studeret, eum nemo mirabitur multa in usum suum convertisse, quae quamquam non de industria ad illustrandum aliquem sacrae scripturae locum scripta erant, re vera eum illustrabant aut illustrare videbantur. Atque etiam eum de quo nunc disserimus excerptorem ita egisse nil mirum. Sunt enim in fragmento primo p. 11, 12 sqq. verba haec: Ὑφ' ἕνα ἄνδρα τοσούτων γενομένων ἐθνῶν καὶ θεῶν τῶν ἀρξάντων ποτὲ, πάλαι μὲν ὑπὸ Μακεδόσι μόνοις γεγενημένων, εἶτ' αὖθις ὑπὸ Ῥωμαίοις, καὶ ζητούντων θεὸν, ᾧ περ ἀσφαλῶς καταπιστεύσειαν ἑαυτοὺς, ἐν τούτοις ὤφθη Χριστὸς καὶ δεομένοις ἐπεφάνη κατὰ καιρὸν, πρότερον μὲν οὐ κατὰ ἔθνη, ἀλλὰ κατὰ ἄνδρα ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οὓς ἀνεύρισκε πειθομένους, νῦν δὲ κατὰ ἔθνη. Quae quidem procul dubio potuerunt afferri ad illustrandum sermonem Symeonis Luc. II 30 sqq. εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. Sed quae ab excerptore afferri, ab eo qui in perpetuo

1) Theodori episcopi Mopsuesteni in novum testamentum commentariorum quae reperiri potuerunt. ed. O. F. Fritzsche. Turici 1847. p. 10, 2.

commentario eum locum illustrare vellet, scribi non potuerunt. Neque alia est res in fragmento altero. In eo quo de Lucae versu disserere voluisset Theodorus neque Fritzschius dixit neque equidem dicere possum. Sed cum in eo quaeratur, qua de causa saepissime commutatum sit orbis terrarum imperium, non difficile est intellectu, qua re permotus etiam hunc locum exscripserit excerptor. Agitur enim in iis ipsis quae modo attuli Theodori verbis de omnibus hominibus tempore Christi in unius populi potestatem redactis. Iam vero omnia quae Muenterus attulit Theodori fragmenta propter Iuliani quasdam sententias disputata sunt; atque in altero etiam et sexto fragmento rem ita se habere in capite altero ostendam, ubi uberius de iis agendum erit. Quae cum ita sint, mirum sine dubio videtur in omnibus his fragmentis de Iuliano agi, si re vera ex commentario in Lucae evangelium scripto excerpta sunt; praesertim cum in aliis commentariis ne uno quidem loco Iuliani mentionem fecerit Theodorus. Quem etiam in commentario in XII prophetas scripto uberius contra Iulianum disseruisse falso dixit Fritzschius p. 81; in vasto enim volumine ne unus quidem eius modi locus invenitur. Carere igitur omni veritatis specie Fritzschii sententiam quoniam ostendi, nunc rem afferre mihi liceat meo quidem iudicio gravissimam. De eo fragmento nobis agendum est, quo Theodorus impugnat censuram quam historiae tentationis Christi egit Iulianus p. 12, 22 sqq. Neque enim Christianae religionis adversarius huius rei fonte omnino usus est Lucae evangelio, sed qui ab illo compluribus in rebus differt Matthaeo; id quod fugisse videtur theologum doctissimum. Nam ad versum ἐπὶ παντὶ ῥήματι θεοῦ, pag. 13, 18, libere adnotat: cf. Luc. 4, 4. At enim is versus in Lucae evangelio omnino non invenitur, sed a Matthaeo (IV, 4) petitus est, cuius verba haec sunt: οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. Neque rectius ad Lucae v. IV 3 Fritzschius nos revocat in adnotatione ad p. 13, 20: εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γίνωνται, cum Lucae verba haec sint: εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ ἵνα γένηται ἄρτος, Matthaei autem (IV 3) εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται fontem Iuliani hoc loco se esse luculentissime demonstrent. Nec magis p. 14, 19 verba τί δὲ θαυμάζεις, ὅ τι μὴ ὄντος ὄρους ὑψηλοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγεται ὁ διάβολος ἀναγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν;

scribi potuerunt Matthaei evangelio non adhibito; ubi vox ἀναγαγεῖν fortasse ex Luc. IV 5 deprompta est, cum Matthaeus ibi usus sit verbo παραλαμβάνειν; sed verba εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν etiam hoc loco a Matthaeo (IV 8) petita sunt atque ea ipsa quam maxime esse urgenda quis est quin videat? Certum igitur est non in commentario evangelii S. Lucae haec scripsisse Theodorum. Ac ne excerptor quidem recte egit, qui hoc fragmentum in catenam ad Lucae evangelium recepit; sed excusari potest, cum in historia tentationis Christi referenda Lucas et Matthaeus non nimis inter se differant et uno saltem loco dubium non sit, quin Lucae verbis usus sit Theodorus: verba enim p. 14, 21 ἐν στιγμῇ χρόνου, quae apud Matthaeum non inveniuntur, ex Luca (IV 5) deprompta sunt. At obiciet fortasse Fritzschius exstare Theodori Mopsuesteni fragmentum in actis c. C., quod de commento secundum Lucam evangelii depromptum esse apertissime traditum sit. Cf. p. 12, 6 sqq. Sane. Sed quid refert? Num impugnatur eo Iulianus aut saltem aliqua eius sententia ibi affertur? Minime. Quid ergo pluribus opus est verbis? Duo statuendus est Theodorus Mopsuestenus scripsisse opera, alterum contra Iulianum, ex quo exscripta sunt fragmenta a Muentero edita; altero illustravit secundum Lucam evangelium.

Necesse autem est scripta sit ea de qua agimus operis Iulianei refutatio ante exitum anni 428/429, quo mortuus est Theodorus. Quem diem supremum obiisse ante exitum a. 428 dixit Fritzschius p. 2. Cuius argumentatio cum fere ubique corrigenda et supplenda sit, denuo quaestio est instituenda. Positum autem est disquisitionis fundamentum in loco Theodoreti h. e. V 40 (p. 495 ed. Gaisford), quo quibus temporibus gestae essent res quas narrat indicavit. Πέντε μέντοι, inquit, καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἤδε ἡ ἱστορία περιέχει χρόνον· ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου λύττης, δεξαμένη δὲ πέρας τῶν ἀξιεπαίνων ἀνδρῶν, Θεοδώρου καὶ Θεοδότου τὴν τελευτήν. Duxit igitur narrationem a rebus Arianis. Iam vero in eiusdem operis praefatione (h. e. I 1 p. 2 ed. Gaisford), Εὐσέβιος μὲν οὖν, inquit, ὁ Παλαιστινὸς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τῆς ἱστορίας ἀρξάμενος μέχρι τῆς Κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας τὰ ταῖς ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν· ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι. Quibus verbis cum putare vetemur iniisse Theodoretum centum

quinque illorum annorum rationem a primis litis Arianae initiis, dubium esse non potest, quin illo loco ad synodum Nicaenam respexerit tamquam historiae suae primordium neque ob aliam causam narraverit capitibus 1—5 res Arianas antea gestas nisi quod earum mentionem Eusebius fecerat nullam. Quae cum ita sint, a recta via aberrasse mihi videtur Fritzschius, qui a victo Licinio et Constantino rerum potito historiae initium cepisse contendit Theodoretum nisus eius verbis in praefatione positis. Annorum enim centum quinque cum mentio facta sit libri V. cap. 39 fieri non potest, ut neglegatur lis Ariana eodem loco memorata, recipiatur tempus aliud alio loco dictum. Iam vero synodus Nicaena facta est a die XIII. Kal. Iul. usque ad diem XIII. Kal. Sept. anni 325. Iam vero Theodoretus fuit episcopus Cyrensis, quae paroecia pars erat dioecesis Antiochenae. Initium autem, quo tempore scripsit Theodoretus, cepit Syrorum annus a Kalendis Octobribus; cf. Ideleri epitomes temporum a. 1831 editae p. 181. Exstant sane scriptores quidam Syriaci, qui, indictionum rationem Constantinopolitanam secuti, Kalendas Septembres esse voluerunt anni initium; cf. Idelerum l. l. p. 191. 408. Sed fuisse hos perpaucos, a Kalendis Octobribus non recessisse scriptores Syriacos longe plerosque ac ne eos quidem, qui Graeca lingua uterentur, benignissime me docuit Alfredus de Gutschmid. Id autem dubium esse potest, quem annum centum quinque illorum primum esse voluerit Theodoretus, utrum eum ipsum, quo habitum est concilium Nicaenum, an sequentem, qui initium cepit a Kal. Oct. 325. Alterum si statueris, mortuum esse Theodorum censebis anno 428/429, sed anno 429/430, si alterum veri similius tibi visum erit. Id quod futurum esse haud crediderim. A. d. enim IV. Id. Apr. a. 428 episcopatum Constantinopolitanum suscepisse Nestorium testis est Socrates h. e. VII 29. Continuo coortae sunt controversiae illae Nestorianae, quarum vis in dies augebatur. Neque fieri potuit, quin iis implicaretur Theodorus Mopsuestenus, si vixit etiam anno 429/430. Neque minoris momenti altera res est. Voluit Theodoretus res ecclesiae posteris tradere a lite Ariana usque ad coortas controversias Nestorianas. Iam vero si h. e. V 40 operis finem esse dixit Θεοδώρου καὶ Θεοδότου τὴν τελευτήν, vixisse eos duos fere annos post litis primordia nemo crediderit. Mortuus igitur est uterque anno 428/429. Neque repugnat

Theodoreti epistula LXXXIII. ad Dioscorum Alexandrinum data (edit. Schulzianae IV 1146 sq.), in qua haec inveniuntur: ἓξ μὲν γὰρ ἔτη διετέλεςα διδάςκων ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας καὶ ὁςίας μνήμης Θεοδότου[1]) Ἀντιοχέων ἐπιςκόπου — τριςκαίδεκα πάλιν ἕτερα ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου[2]) — πρὸς δὲ τούτοις ἕβδομόν ἐςτιν ἔτος τοῦ θεοφιλεςτάτου ἀρχιεπιςκόπου Δόμνου. καὶ μέχρι τῆς ςήμερον ἡμέρας τοςούτου παρελθόντος χρόνου κτέ. Scripta autem sit necesse est ante synodum Constantinopolitanam eam, quae initium cepit a. d. VI. Id. Nov. a. 448. Nam si quis perlegerit epistulam, infitias non ibit fieri non potuisse, quin synodi mentionem in ea faceret Theodoretus, si facta tunc iam esset, neque cogitari potest postea eum Dioscori animum sibi offensiorem recolligere studuisse. — Neque vero ex Marii Mercatoris epistula a Fritzschio allata potest concludi mortuum esse Theodotum Antiochenum si minus sub exitu a. 428, at certe initio a. 429. Ubi sane appellatur Theodotus (bibl. vett. patr. cura Gallandii vol. VIII p. 650 D) sanctae memoriae episcopus; neque vero quicquam inde colligi potest nisi fuisse tunc Theodoti mortis nuntium non recentissimum. Neque vero quicquam constat (cf. eiusdem operis p. 648 C) de Marii Mercatoris commonitorii tempore nisi scriptum esse Florentio et Dionysio coss., qui inierunt consulatum Kal. Ian. a. 429; eo igitur ne prohibemur quidem statuere mortuum esse Theodotum pridie Kal. Oct. a. 429. Theodorus vero Mopsuestenus ante Theodotum diem supremum obiit teste Theodoreto. Qui quidem h. e. V 40 p. 494 κατ' ἐκεῖνον δὲ, inquit, τὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν Ἀντιοχέων ἴθυνεν ἐκκληςίαν, Θεόδωρος ὁ Μοψουεςτίας ἐπίςκοπος, πάςης μὲν ἐκκληςίας διδάςκαλος κατὰ πάςης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀριςτεύςας, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. Quibus e verbis procul dubio efficiendum est haud ita breve fuisse tempus inter supremos Theodori et Theodoti dies. Quae cum ita sint, id certe statuere possumus non in extrema parte anni centesimi quinti Theodore-

1) Vocem τῆς post Θεοδότου a Sismondo adiectam eieci.

2) Vulg. ἐπὶ τοῦ τῆς ὁςίας καὶ μακαρίας μνήμης Ἰωάννου τοῦ ἐπιςκόπου. Recepi codicis Sirmondiani scripturam, cuius etiam ea quae sequuntur verba ὃς τοςοῦτον ἰαίνετο ὑπὸ διαλεγομένων ἡμῶν praeferenda esse appareat vulgatae scripturae ὃς τοςοῦτον ἐγάννυτο (sic) διαλεγομένων ἡμῶν.

tiani ponendam esse Theodori Mopsuesteni mortem; quam cur cum Fritzschio in eiusdem prima parte ita collocemus, ut ante exitum a. 428 illum contendamus supremum diem obiisse, causa non est.

Iam vero Theodori vita accuratius examinata angustioribus fortasse terminis circumscribere poterimus temporis spatium, quo refutavit Iulianum. Constat autem — cf. Fritzschium p. 5 sqq. — una cum Ioanne Chrysostomo amico interfuisse eum scholis, quas Antiochiae habuit Libanius, quo postea relicto eiusdem Chrysostomi hortatu formatus est praeceptis et institutione Diodori Tarsensis. Dein aliquot annos presbyter Antiochiae commoratus Tarsum migravit, qua relicta per triginta sex annos episcopus fuit Mopsuestenorum. Quibus autem rebus commoveri potuit, ut refutaret Iuliani imperatoris contra Christianos libros? Cuius rei causas si coniectando assequi volumus, ne immemores simus benevolentiae, qua Photinum prosecutus est Iulianus; quibus contumeliis laceraverit Diodorum.[1]) In epistula enim LXXIX: Σὺ μὲν, inquit, ὦ Φωτεινὲ, πιθανὸς φαίνῃ καὶ ἐγγύτατος τοῦ σώζεσθαι, Diodorum autem Nazaraei magum appellavit, omne eius corpus consumptum esse, malas concidisse, cutem rugis sulcatam esse (pag. 606, 25 Hertl.) contendit propter flagitiorum multitudinem a dis immortalibus poena affecti, denique probaturum se esse Galilaeum illum, cui iniuria Diodorus divinum honorem tribuisset, leges et mysteria corrupisse ipse pronuntiaverat (p. 606, 6 sqq.). Quae cum ita sint, ratione carere non videbimur, si statuerimus Theodorum Diodori discipulum[2]) gratiam magistro rettulisse refutatis Iuliani contra Christia-

1) Scite Neander in libro qui inscribitur allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche II 1, 1829 p. 82 Iulian, inquit, meinte durch seine Künste das irre geleitete Volk gewinnen zu können, wenn ihm nur nicht die Bischöfe entgegenwirkten. Und besonders verhasst waren ihm — diejenigen Bischöfe, welche die hellenische Literatur eifrig studirt hatten und diese selbst zum Dienste des Christenthums und gegen das Heidenthum gebrauchten, z. B. die Männer, mit denen er als Jüngling in Athen studirt hatte, die beiden Freunde Basilius, Bischof von Caesarea, und Gregor von Nazianz, wie diejenigen, welche unter seiner Regierung hellenische Wissenschaft zur Bekämpfung des Heidenthums und Vertheidigung des Christenthums zu benutzen wagten, ein Apollinaris von Laodicea, und ein Diodorus, Bischof von Tarsus in Cilicien. Conferendus hic Iulianus ed. Hertl. p. 606, 15 sqq.

2) Theodoreti h. e. V 40 p. 494 οὗτος τῆς μὲν Διοδώρου τοῦ πάνυ

nos libris. Iam vero cum id dubium esse non possit, quin in libro Diodori gratia contra Iulianum scripto etiam Photinum haeresiarcham aggressus sit ille, cuius mentionem fecisset Iulianus in libris suis contra Christianos scriptis,[1]) fieri non potest, ut ante annum 378/379, qui initium cepit a Kal. Oct. anni 378, scriptam esse Theodori censeamus refutationem, quem quinquaginta paene annis fortiter repugnasse cunctis haeresibus memoriae tradidit Ioannes episcopus a Facundo laudatus.[2]) Qua autem potissimum in urbe putandus est Theodorus refutavisse Iulianum? Commoratum eum esse non ignoramus Mopsuestiae, Tarsi, Antiochiae. Antiochiae autem quoniam ipse Iulianus imperator per hiemem anni 362/363 versatus familiarissime usus erat Libanio, iratus qui ipsum oderant Antiochenis, non sine aliqua veritatis specie statuemus Theodorum in hac ipsa urbe refutationem suam scripsisse, Antiochenis sine dubio ne mortuum quidem imperatorem grata memoria prosecutis, vivo etiamtum Libanio, a quo desciverat Theodorus, cum initio eius disciplina usus esset.[3]) Iam vero nunc alterum terminum indagare possumus, ante quem ponendus sit Theodori liber. Ex Theodoreti enim verbis h. e. V 39 ἓξ δὲ καὶ τριάκοντα ἐν τῇ προεδρίᾳ διετέλεσεν ἔτη efficitur anno 392/393 episcopatum Mopsuestenum eum assecutum esse, neque vero statim

---

διδασκαλίας ἀπήλαυσεν. Ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγένηται κοινωνός τε καὶ συνεργός. κοινῇ γὰρ τῶν πνευματικῶν Διοδώρου ναμάτων ἀπήλαυον.

1) Cyrilli Alex. c. Iul. VIII pag. 262. Quo loco quamquam Iulianus ne Photinum quidem laudibus effert, allata tamen eius sententia Diodoro minime probata occasio data erat Theodoro in adversarium invehendi.

2) Ioannis episcopi verba ap. Facund. pro defensione trium capitulorum lib. II. (Gallandii bibl. patr. XI p. 680ᵇB): 'sed et qui bene de vita profectus est Theodorus et quinque et quadraginta annis clare in doctrina praefulsit'; p. 680ᵇC: 'Theodorus enim, quem quando dicimus, virum dicimus in episcopatu clarum finem habentem et quinquaginta paene annis fortiter repugnantem cunctis haeresibus' sqq.

3) Socratis h. e. VI 3. Πείθει δὲ (sc. Ἰωάννης) καὶ Θεόδωρον καὶ Μάξιμον, συμφοιτητὰς αὐτῷ ὄντας παρὰ τῷ σοφιστῇ Λιβανίῳ, καταλιπεῖν μὲν τὸν χρηματιστικὸν βίον, μετιέναι δὲ τὸν λιτόν. Ὧν Θεόδωρος μὲν ὕστερον Μοψουεστίας τῆς ἐν Κιλικίᾳ πόλεως ἐπίσκοπος γέγονε, Μάξιμος δὲ Σελευκείας τῆς ἐν Ἰσαυρίᾳ. Τηνικαῦτα οὖν οὗτοι σπουδαῖοι περὶ τὴν ἀρετὴν γενόμενοι, μαθητεύουσιν εἰς τὰ ἀσκητικὰ Διοδώρῳ καὶ Καρτερίῳ κτέ.

relicta Antiochia Mopsuestiam migravit, sed antea Tarsum se contulit teste Hesychio.[1]) Quod si censemus voluisse Theodorum libro suo gratiam referre Diodoro, facti sui rationem Libanio probare, haud absonum videtur de quo quaestionem instituimus temporis momentum propius abesse ab anno 378/379 quam ab eo, quo Tarsum se contulit Theodorus.

Iam vero temporum disquisitione ad finem perducta nunc possumusne etiam cum quadam probabilitatis specie conicere, quales fuerint Theodori libri videamus. Qua de re nihil aperte traditum esse nemo mirabitur, cum fieri potuerit, ut exstitisse eos omnino negaretur. Neque enim quicquam de librorum numero effici potest ex iis verbis, quae inveniuntur ante fragmenta primum, alterum, quintum. Ex vocibus enim ἐκ τῆς πρὸς Ἰουλιανὸν non colligendum est uno tantum libro Theodorum Iuliano adversatum esse; nam eodem iure quo vox βίβλου, immo meliore in inferioris aetatis scriptore, suppleri potest συγγραφῆς. Eadem autem sunt dicenda de iis verbis, quae leguntur ante fragmentum primum; quo quidem loco etiam id dubium esse, utrum ἐκ τῆς scribendum esset an ἐκ τῶν supra breviter exposui. Ac ne tum quidem, si ἐκ τῶν vera sit scriptura, quae est etiam ante fragmentum alterum (τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν), ex sola hac colligi potest constitisse Theodori refutationem libris compluribus. Posse enim voces τῶν αὐτῶν esse genetivum pluralem neutrius generis negari nequit. Verum enim vero cum in eiusmodi refutationibus adversariorum verba fere integra in contextum orationis essent recipienda iisque ipsa censura esset addenda, unum Celsi octo libris impugnavit Origenes, Porphyrii quindecim viginti quinque Eusebius, Apollinarius triginta, Methodius decem milibus versuum. Quae cum ita sint, confidenter negamus parvo libello Theodorum insectatum esse Iulianum. Qua de re plura si conicere vellemus, nimiae curiositatis vituperationem merito subiremus. Inscripti autem erant singuli libri Θεοδώρου Μοψουεστίας πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου βιβλίον πρῶτον seu τόμος πρῶτος, βιβλίον δεύτερον seu τόμος δεύτερος etc. Id quod efficitur ex verbis frag-

1) Harduini acta conciliorum. Parisiis. 1714. fol. III p. 104 A: Antiochia relicta in Tarsum transmigravit: ex qua in Mopsuestiam transiit, ordinatus in ea episcopus.

mento primo praemissis, quae supra exposuimus ita scribenda esse: Θεοδώρου Μοψουεςτίας ἐκ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Χριςτιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Iam vero consentaneum est Theodorum Diodori discipulum Iuliani impetum repressisse opposita scholae Antiochenae doctrina. Quae quidem fuit talis, ut eam si sequebatur Theodorus, non omnia quae dixerat Iulianus impugnare, immo nonnulla non posset non comprobare. Discessit enim ab ea quae illo tempore ab omnibus fere recepta erat doctrina, cum in veteris testamenti scriptis negaret dictum esse de Christo dei patris filio. Eam autem fuisse eius sententiam intellegitur ex commentario in Zach. I 7—11 (Theodori Antiocheni Mopsuestiae episcopi quae supersunt omnia ed. A. F. V. a Wegnern. vol. I. p. 538), ubi inveniuntur haec: Πολλῆς δὲ πλάνης καὶ ἀνοίας ἐςτὶ μεςτὸν καὶ οὐδὲ ἀςεβείας ἀφεςτὸς τὸ παρά τινων λεγόμενον, ὅτι τὸν υἱὸν ἑώρα (sc. Zacharias) τοῦ θεοῦ, δήλου γε ὄντος, ὅτι τῶν πρὸ τῆς τοῦ δεςπότου Χριςτοῦ παρουςίας οὐδεὶς ἠπίςτατο πατέρα καὶ υἱόν, οὐ πατέρα θεὸν υἱοῦ θεοῦ πατέρα, οὐχ υἱὸν θεὸν υἱὸν πατρὸς θεοῦ τοῦτο ὄντα ὅπερ ἐςτὶν ὁ πατήρ, ἅτε καὶ ὄντα ἐξ αὐτοῦ. Et post paullulum: πατέρα δὲ θεόν, ὥςπερ οὖν ἔφην ἤδη, υἱοῦ θεοῦ καὶ υἱὸν θεὸν θεοῦ πατρὸς ἠπίςτατο τῶν τότε καθάπαξ οὐδείς. Permulta igitur, quae de eadem re in eandem sententiam disputaverat Iulianus, ea impugnare in mentem venire non poterat Theodoro. Afferuntur autem etiam haec ipsius verba:[1]) „Homo homini consubstantialis, Deus autem Deo consubstantialis. Quomodo ergo Deus et homo unus per unitatem esse possunt? Salvus et qui salvatur? Qui ante saecula et qui ex Maria apparuit?“ Et Leontius Byzantinus contra Nestor. et Eutych. lib. III. (Gallandi XII p. 686$^{b}$C): „Hic exsecrabilis“ inquit „in celeberrima ecclesia Antiochiae, ut quondam vocabatur, nunc autem Theopolis, cum explanaret scripturas, ausus est cum multa alia, tum vocem θεοτόκος, id est, Deipara, vituperare, ut ita inde totum contra se populum commoveret.“ Ergo ne ea quidem displicere poterant Theodoro, quae exposuerat Iulianus ap. Cyr. p. 262C sqq. 276E sq.

Iisdem fere temporibus quibus Theodorus Mopsuestenus aggressus esse Iuliani libros censendus est **Philippus Sideta.** De

1) Harduini coll. concil. III p. 99 C.

quo haec sunt Socratis in historia ecclesiastica VII 27: Ἐφιλοπόνει δὲ καὶ περὶ λόγους καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα βιβλία συνῆγε. Ζηλώσας δὲ τὸν Ἀσιανὸν τῶν λόγων χαρακτῆρα πολλὰ συνέγραφε, τά τε τοῦ βασιλέως Ἰουλιανοῦ κατὰ Χριστιανῶν βιβλία ἀνασκευάζων καὶ Χριστιανικὴν ἱστορίαν συνέθηκεν, ἣν ἐν τριάκοντα ἓξ βιβλίοις διεῖλεν. Neque Philippi refutatio ad nostram pervenit aetatem; quam scriptam esse ante perfectam historiam Christianam non sine aliqua veritatis specie eo efficere possumus, quod Socrates eo quem modo attulimus loco, ubi ex professo de Philippo verba facit, prius dicit de libro eius contra Iulianum scripto quam de historia Christiana. Eodem autem capite cum Socrates Philippum vituperet, quod non satis diligens sit in temporibus definiendis,[1]) vix ipse censendus est eodem loco neglexisse legem quam non observasse aliis exprobraverat. Nondum autem perfecta erat historia Christiana anno 426 Theodosio XII Valentiniano II coss. Refert enim Socrates h. e. V 26 mortuo Attico episcopo Constantinopolitano cum novus eligendus esset episcopus electum esse Sisinnium, repulsam tulisse Philippum Sidetam presbyterum. Quam cum aegre ferret, in historia Christiana vehementissime eum invectum esse in Sisinnium. Sunt autem haec Socratis verba h. e. VII 26: καὶ χειροτονεῖται Σισίννιος τῇ εἰκάδι ὀγδόῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῇ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥ τις ἦν Θεοδοσίου τὸ δωδέκατον καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου Αὐγούστου τὸ δεύτερον. ἐπὶ τούτῳ Φίλιππος ὁ πρεσβύτερος, ὅτι αὐτοῦ προεκρίθη ἕτερος, πολλὰ τῆς χειροτονίας καθήψατο ἐν τῇ πεπονημένῃ αὐτῷ Χριστιανικῇ ἱστορίᾳ, διαβάλλων καὶ τὸν χειροτονηθέντα καὶ τοὺς χειροτονήσαντας καὶ πολλῷ πλέον τοὺς λαϊκούς. Minimi autem est faciendus Theophanes, qui pag. 135, 13 Bonn. anno mundi 5922. i. e. anno p. C. n. 430 scriptam esse tradidit Philippi historiam; nam solum hoc loco auctorem secutus Socratem erravit in anni adnotatione. Iam ne quis putet per breve temporis spatium Philippum operam dedisse operi suo conscribendo: iam ante annum 405 magnam eius partem perfectam esse ostendi potest. Exstat enim historiae Christianae fragmentum in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, cuius nondum editi[2]) notitia invenitur in Petri

1) Socr. h. e. VII 27: ἐγὼ δὲ ἐκεῖνό φημι, ὅτι τοὺς χρόνους τῆς ἱστορίας συγχέει.

2) Ipse hoc fragmentum publici iuris faciam.

Lambecii bibliothecae Caesareae Vindobonensis libri quinti editione altera, quam curavit Kollarius, publici iuris facta a. 1778 p. 289. Sunt autem haec prima fragmenti verba: τὰ γενόμενα ἐν Περσίδι μεταξὺ Χριστιανῶν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων. Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος γενόμενος Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἀνέθετο[1]) ἱστορήσας περὶ Χριστοῦ καὶ τῶν Μάγων. Ex eo igitur libro depromptum est fragmentum, ubi de Christo nato referebat Philippus. Qui dicit hoc loco syncellum se esse Ioannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani. Qui cum adeptus sit episcopatum a. d. IV. Kal. Mart. a. 398, in exilium exactus a. d. XII. Kal. Iul. a. 404, cognoscimus inde temporis spatium, quo scriptus sit necesse est is de quo agimus historiae Christianae liber. Qui tamen minime totius operis fuit primus. Testis enim est Photius, in bibliothecae codice 35, initium eum fecisse a mundi creatione. Ἀπάρχεται δέ, inquit, ἀπὸ τοῦ ‘ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν’ καὶ διέξεισι τὰ μὲν συντέμνων τὴν Μωσαϊκὴν ἱστορίαν, ὅμως οὖν πολλοὺς ἐν πᾶσι λόγους ἀναλίσκων. Iam vero cum libris triginta sex constitisset historia, minime statuendus est Philippus iam primo libro ad Christum natum narrationem deduxisse. Ergo multo ante scriptus est primus historiae Christianae liber et etiam prius conscripta librorum Iulianeorum refutatio. Quos ut impugnaret quibus causis permotus sit Philippus omnino ignoramus. Neque tamen videtur neglegendum esse fuisse Ioannem Chrysostomum ipsum quoque Libanii discipulum; conferas velim ea quae supra exposui de Theodoro Mopsuesteno. Secutus autem est etiam Philippus scholae Antiochenae doctrinam, id quod pertinere ad refutandi libri Iulianei rationem eodem loco explanavi. Neque vero traditum est, quomodo inscripta fuerit Philippi refutatio neque quot libris constiterit. Quorum non parvum fuisse numerum facile statues, si Philippi spectaveris scribendi genus. Cuius sententiae etiam exstat Liberati testimonium, qui in breviarii capite VII. (Gallandi, bibl. vet. patr. XII p. 131a): „His ita“ inquit „provenientibus, de electione episcopi rursus quaestio exorta est. Multi enim Philippum quaerebant presbyterum, qui a beato Ioanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus multa-

1) Scribendum esse mihi videtur συνέθετο.

que conscripserat volumina contra imperatorem Iulianum apostatam." Neque tamen huius testimonio niti licet. Unum enim Socratem hoc loco exscripsit Liberatus[1]) neque id satis accurate. Multa enim Philippum contra Iulianum scripsisse volumina non poterat efficere ex Socratis verbis h. e. VII 28, nisi neglexisset vocem τὲ positam in verbis πολλὰ cυνέγραφε τά τε τοῦ βαcιλέωc Ἰουλιανοῦ κατὰ Χριcτιανῶν βιβλία ἀναcκευάζων. Haec de Philippo Sideta.

Post quem refutavit Iuliani libros violentissimus ille et superbissimus **Alexandrinorum episcopus Cyrillus.** Qui quidem Iuliani scriptis vastum opposuit opus, cuius libri primus usque ad decimum ad nostram pervenerunt aetatem. Cuius operis mentionem fecit Theodoretus episcopus Cyrensis in epistula 83, quam anno 448 datam esse supra exposuimus, ubi egimus de Theodoro Mopsuesteno. Inveniuntur autem illius verba in editionis Schulzianae vol. IV. p. 1150 sq. haec: Ὅτι δὲ καὶ ὁ τῆc μακαρίαc μνήμηc Κύριλλοc πολλάκιc ἡμῖν ἐπέcτειλεν, οἶμαι καὶ τὴν cὴν[2]) caφῶc εἰδέναι τελειότητα. καὶ ἡνίκα δὲ κατὰ Ἰουλιανοῦ cυγγράμματα εἰc τὴν Ἀντιόχειαν ἐκπέπομφεν, ὡcαύτωc δὲ καὶ τὰ εἰc τὸν ἀποπομπαῖον γραφέντα, τὸν μακάριον ᾔτηcε Ἰωάννην τὸν τῆc Ἀντιοχέων ἐπίcκοπον ἐπιδεῖξαι ταῦτα τοῖc κατὰ τὴν ἑῴαν διαπρέπουcι διδαcκάλοιc, καὶ δὴ τοῖc γράμμαcιν εἴξαc ὁ μακάριοc Ἰωάννηc πέπομφεν ἡμῖν τὰc βίβλουc καὶ ἀναγνόντεc ἐθαυμάcαμεν καὶ ἐπεcτείλαμεν τῷ τῆc μακαρίαc μνήμηc Κυρίλλῳ. καὶ ἀντέγραψε πάλιν ἡμῖν καὶ ἀκρίβειαν ἡμῖν καὶ διάθεcιν μαρτυρῶν. καὶ cώζεται ταῦτα τὰ γράμματα παρ' ἡμῖν — quae quidem non supersunt. Efficitur autem ex Theodoreti verbis modo allatis scriptos esse Cyrilli libros et eum quo de apopompaeo egit et eos ipsos, quibus Iuliani libros impugnavit, si minus omnes, at certe primam decadem[3]) inter a. 429 et a. 441, quo quidem tem-

1) Errat Garnerius, qui septimi capitis fontem praeter Socratem esse contendit acta concilii Ephesini. Omnia enim Liberati verba inveniuntur in Socr. h. e. VII 16. 17. 18. 19. 28.

2) Dioscorum episcopum Alexandrinum alloquitur Theodoretus.

3) De quinorum librorum coniunctione vide ea, quae infra disputabo. Neque tamen primam pentadem, sed decadem mitti potuisse censeo, quod libro octavo ea refutantur, quae p. 276 E de voce θεοτόκοc dixerat Iulianus doctrinae Antiochenae haud dissimilia. Cuius refutan-

pore episcopum Antiochenum fuisse Ioannem ex alio eiusdem epistulae loco colligitur, qui invenitur p. 1146 sq. Ubi dicit Theodoretus iam nunc — id est anno 448 — septimum esse annum Domni archiepiscopi Antiocheni, ante quem per tredecim annos docuerit ipse archiepiscopo Ioanne. Rectissime autem observavit Tillemont libros suos mittere Ioanni non potuisse Cyrillum ante annum 432, quo quidem sibi reconciliavit episcopos orientales Nestorii asseclas. Atque eo ipso anno scriptos esse contra Iulianum libros statuit idem libri sui quem inscripsit 'mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique' vol. XIV. p. 671 editionis Venetae.[1]) Quo quidem anno scripsisse Cyrillum de apopompaeo minime nego, de quo egit in epistula ad Acacium data, quae inserta est ss. conciliorum collectioni a Mansio in lucem editae vol. V. p. 327—344. Quae quin missa sit Ioanni Antiocheno brevi post quam scripta est cur dubitemus causa non est. Minime autem censere cogimur Theodoreti verbis misisse Cyrillum libros contra Iulianum scriptos una cum epistula de apopompaeo data; neque ante eam scripti esse ideo sunt statuendi, quod priores memorantur. Theodoretum enim temporum ordinem servavisse ne in iis quidem quos ipse composuerat libris enumerandis et ex epistula eius 82 intellegitur (ed. Schulze IV 1143 sq.) et ex epistulae 113 loco, de quo infra nobis erit agendum. Admirandus autem sine dubio esset Cyrillus, si per violentissimas controversias Nestorianas anno 428 exortas, quibus ipse multimodis sese implicaverat, vacasset conscribendo operi quod viginti certe libris constabat, cum praesertim alia multa tunc ei essent scribenda, quae ad controversias illas quam maxime pertinerent, quibuscum libri contra Iulianum scripti societatis vinculo continebantur nullo. Quos si quis opinetur scriptos esse ante annum 428, causae ei

---

dae consilium etiam in libris Cyrilli contra Iulianum scriptis apparere infra exponam.

1) Erravit Heumannus, si quidem is in Fabricii bibl. Gr. IX 4 p. 471 diversa esse contendit in sententia La Croze, hist. christ. Ind. lib. I. p. 16. Quo loco re vera exponit ille admiratione minime dignam esse Cyrilli eruditionem. L'érudition, inquit, de Cyrille étoit fort légère et son éloquence médiocre etc. Iam vero cum sequantur in Fabricii bibliotheca verba haec: 'Hoc (sc. Cyrilli) praeclarum atque eruditum opus' sqq., dubium esse non potest, quin ea quae Heumannus recte adnotaverat, falso loco postea sint posita.

erunt adferendae, cur opus iam pridem scriptum Ioanni miserit Cyrillus. Quid? Quod ipsius Cyrilli comprobatur verbis scriptos esse c. Iul. libros post damnatum Nestorii errorem? Pagina enim 279 E, ubi de duabus naturis mirum in modum in Christo coniunctis verba fecisset, καὶ τὸ ἀπιστεῖν, inquit, οὐκ ἀζήμιον οἷς ἂν λέγοιτο δρᾶν (sc. ὁ πάντα ἰσχύων), κἂν εἴπερ τῳ δοκῇ μὴ εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰκότος. Iam vero ne id quidem satis intellegere possum, quomodo factum sit, ut tanti operis conficiendi otium contingeret Cyrillo ante annum 435, quo sedatae sunt paulisper controversiae illae nimis turbulentae. Quod si postea scriptum esse statuimus, etiam id lucramur, ut nunc plane intellegatur, quibus causis permotus aggressus sit Cyrillus Iuliani libros refutare, qui eo tempore ne legebantur quidem amplius, si Chrysostomo credere fas est. Novae enim anno 435 exortae erant controversiae de libris Theodori Mopsuesteni principis scholae Antiochenae, cuius assecla fuerat ipse Nestorius, cuius libros lectitabant qui haeresin relinquere nolebant Nestorianam. Atque anno 435 concilio Antiocheno actum est de libris Theodori,[1]) contra quem Cyrillum eodem temporis momento constat libros tres scripsisse. Nil mirum igitur Cyrillum etiam ad eorum librorum tunc notitiam pervenisse, quibus Iuliani libros refutare studuerat ille quinquaginta fere annis ante. Neque fieri potuisse, quin in iis quoque appareret doctrina scholae Antiochenae supra exposuimus. Cuius odio cum flagraret, censendus est Cyrillus opposuisse Theodori librorum Iulianeorum refutationi libros suos, qui rectae fidei prae se ferunt defensorem. Huc accedit, quod refutatis Iuliani libris impugnavit eos quoque homines, qui Alexandriae etiam tum inveniebantur a Christianorum religione alieni. Inveniebantur sine dubio. Quanta enim non ita multis annis ante fuerat Hypatiae admiratio! Ac post annum 435 vacare tanto operi iam supra memoravi Cyrillum facile potuisse, cuius prior certe decas perfecta fuit sine dubio anno 441, qui Ioannis vitae erat extremus.

Iam vero in codicibus manu scriptis quini Cyrilli libri artiore quodam vinculo inter se coniuncti sunt; nam quini τόμοι efficiunt unum βιβλίον. Ita res est in optimo codice Marc. 123 sec. XIII.

---

1) Cf. Mansi V p. 1181 sq.

et eius apographo[1]) cod. Marc. 124 sec. XV.; in codice Mediomontano 1444 sec. XV. teste Haenelio (catalogi librorum mss. 1830 p. 832); neque codicum Scorialensium aliam esse rationem indicavit Plueerus (Fabr. bibl. Gr. IX⁴ p. 472). Neque neglegendum est in codice Marciano 122 saec. XIV. non servatos esse nisi libros I.—V. Profectam autem esse hanc coniunctionem ab ipso Cyrillo verisimile mihi videtur. In fine enim librorum quinti et decimi invenitur sollemne precationis carmen, in fine librorum 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9 non item. Neque eo redarguitur nostra sententia, quod etiam exstat in fine libri 8. Nam ibi in Pauli verbis 2 Cor. 4, 4 cum nominatus esset Christus, occasio data erat adiungendi verba 'δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα cὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰc τοὺc αἰῶναc. ἀμήν', quae in librorum quinti et decimi fine praesto non erat. Huc accedit quod longior est conclusio librorum 5 et 10, quae in libro 10 incipit p. 361 E a verbis ἡμεῖc δὲ τοὺc κτέ., in libro 5 p. 181 E a verbis οὐκοῦν εἰ τῷ κτέ. Quibus argumentis si cui persuaderi non potest ab ipso Cyrillo hanc librorum divisionem esse profectam: anno certe p. C. n. 680 eam iam fuisse potest ostendi. In concilio enim Constantinopolitano III. actione decima die XVIII. Martii a. 680 habita laudantur verba Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ τῶν Ἰουλιανοῦ δογμάτων βιβλίου τρίτου ἀπὸ λόγου δωδεκάτου. Cf. Mansi, ss. concil. nova coll. XI p. 409 D. Cui divisioni tribuendum sine dubio, quod decem libri, id est duae pentades ad nostram pervenerunt aetatem; constitisse autem Cyrilli opus pluribus libris vel inde efficitur, quod multa in libris servatis non inveniuntur, quae dicturum se esse ille promiserat; verbi gratia p. 261 D. Exstant autem etiam multa librorum undecimi usque ad undevicesimum fragmenta. Iam vero si quinorum librorum meminimus coniunctionis, dubium esse non potest quin viginti certe libris constiterit Cyrilli opus. Quod autem tres Iuliani libros refutare sibi proposuerat Cyrillus et quod libros primum usque ad decimum non opposuit nisi primo Iuliani libro, quod denique veri simile est libris undecimo usque ad vicesimum non refutatum esse nisi alterum illius librum, id quod in altero capite mihi

1) Codicem 124 codicis 123 esse apographum in tertio capite demonstrabo iis quae redargui non posse confido argumentis.

ostendendum erit, triginta censeo constitisse libris vastam Cyrilli refutationem. Quamquam obstat ea res, quod fragmenta pentadis neque quintae neque sextae supersunt. Notissimum autem est tanti operis descriptos esse et lectos plerumque primos libros; neque absonum est primam decadem integram servatam esse, alterius ad nos nonnulla pervenisse fragmenta, tertiae nullum exstare vestigium[1]). Iam vero pentades tertia et quarta exstabant etiam temporibus Ioannis Damasceni, qui diem supremum obiit circa annum 760; exstitisse eas etiam nono saeculo Photii aetate infra comprobare studebo. Librario autem ei qui saec. XIII. codicem scripsit Marcianum 123 praesto non erant. Nam ad fragmentum Iuliani p. 261 E in margine adnotavit haec: Cн (i. e. cημεῖον) ὅτι καὶ δεύτερον βιβλίον ὁ ἀλιτήριος ἔγραψε. καὶ ζητέον (sic!) καὶ τὰς πρὸς αὐτὸ τοῦ πρς'' ἀντιρρήσεις. Tertiam autem decadem etiam Suidae temporibus exstitisse ne tum quidem pro certo adfirmari licet, si recte statuo Iuliani verba, quae s. v. ἀπόνοια ille affert, ex tertio contra Christianos libro esse deprompta. Quamquam enim id dubium non est, quin non ex ipsius operis Iulianei codice, sed ex refutatione quadam sint deprompta: cuius fuerit haec refutatio ignoramus.

Iam vero inde, quod a Moyse Barcepha, qui fuit episcopus

1) Iis quae de Cyrilli librorum numero exposui, etiam Alfredus de Gutschmid assentitur, cui non minus quam mihi persuasum est refutasse Cyrillum denis libris singulòs Iuliani. Sed in ea re haeret, quod tertiae decadis nullum fragmentum ad nos pervenit. Mirum certe est neque Leontium neque Ioannem Damascenum neque eos qui catenas composuerunt theologos neque Graecos neque Syros, qui alterius decadis multos servaverunt locos, tertiam decadem inspexisse. Quam difficultatem eo tollit Gutschmidius, quod statuit re vera Cyrillum cogitasse de refutando tertio Iuliani libro libris vicesimo primo usque ad tricesimum, sed permotum causis quibusdam, quas compertum non habemus, consilium mutasse. Ad finem igitur eum opus suum perduxisse Gutschmidius negat. Cuius sententiae minime repugnant Theodoreti verba quae supra attuli (ep. 83 ed. Schulze IV 1150 sq.) narrantis Antiochiam misisse Cyrillum libros quos contra Iulianum scripserat. Nam κατὰ Ἰουλιανοῦ inquit συγγράμματα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐκπέπομφεν. Neque enim, quamquam inde nihil concludi potest, quod deest articulus ante κατὰ Ἰουλιανοῦ, quicquam obstat, quominus eas Ioanni Antiocheno pentades Cyrillum misisse statuamus, quas eo ipso temporis momento perfecerat.

urbis Mosul et diem supremum obiit anno p. C. n. 913 (cf. Assemani bibl. orient. II p. 127), in commentario de paradiso laudantur quaedam Cyrilli ex libris contra Iulianum deprompta, effecit Fabricius fuisse eos etiam in Syriacam linguam versos. Neque tamen hoc argumento niti licet. Fuit enim Moyses Barcephas e monophysitarum numero, in quibus etiam decimo saeculo inveniebantur viri Graecae linguae minime imperiti. Ac ne Londiniensibus quidem fragmentis Cyrilli Syriacis demonstrari necessariam esse Fabricii coniecturam Eberhardus Nestle modo exponet.

Edidit autem Angelus Maius Cyrilli fragmenta librorum undecimi usque ad undevicesimum in Leontii atque Ioannis rerum sacrarum libro servata in novae patrum bibliothecae tomo II. Romae a. 1844 edito p. 488—492. Quibus ea sunt adiungenda, quae in Ioannis Damasceni sacris parallelis (I. D. ed. Lequien t. II. Parisiis 1712 fol.) passim occurrunt neque minus in catenis ad illustrandos sacrae scripturae libros compositis tam Graecis quam Syriacis. Omnia autem Cyrilli a libro undecimo fragmenta collecta[1]) ac disposita hoc loco proponenda esse duxi, quod opus est iis ad restituendos Iuliani libros. Syriaca autem Cyrilli fragmenta ex codicibus Musei Britannici describenda curavi per Hormizdam Syrum Nestorianum, quem Londini versari certior factus est Eberhardus Nestle per F. Baethgenum doctorem Kiloniensem. Atque ipse quoque Baethgenus quaedam descripsit. Atque ea etiam fragmenta Syriaca publici iuris facere visum est, quae ex prima Cyrilli decade deprompta sunt. Qua re viris Syriacae linguae peritis facultas data erit iudicandi de versionis Syriacae ratione. Reliquis autem fragmentis Syriacis excepto uno, quod etiam Graece exstat apud Leontium et Ioannem p. 100, adiecta est interpretatio Latina ab Eberhardo Nestle confecta, qui ipse quoque verba Syriaca constituit. Iam vero ipse diversorum librorum fragmenta ita disposui, ut primo loco collocarentur ea, de quorum ordine certius aliquid statuere licuit sive per ipsa sive per Iuliani sententias ex iis efficiendas. Sequuntur reliqua a Ioanne Damasceno, Leontio et Ioanne, in catenis Graecis et Syriacis servata, atque ita quidem, ut in libris alterum ab altero excipitur.

1) In fragmentis colligendis me adiuvit admirabilis Fabricii diligentia, cui non semper posteri meritam laudem tribuerunt.

## Cyrilli Alexandrini librorum contra Iulianum fragmenta Syriaca

edidit

**E. Nestle.**

Cyrilli Alexandrini librorum contra Iulianum fragmenta Syriaca quae sequuntur, deprompta sunt ex septem Musei Britannici codicibus, in quibus ea superesse Guilelmus Wright in clarissimo libro qui inscribitur Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum indicavit. Sunt autem codices quorum descriptionem accuratissimam in opere laudato invenies hi:

**A** Add. 12155 (saec. VIII., Wr. p. 921/55), demonstrationes patrum adversus varias haereses, in primis Iulianistas collectae a pluribus Monophysiticae fidei sectatoribus, inter quos nominatur Mār Sergius ܕܣܘܪܘܢ. In hoc codice exstant fragmenta 2—10. 14. 16. 17. 19—21. 23. 24.

**B** Add. 14532 (saec. VIII., Wr. p. 955/67). Catena patrum dogmatica, magna ex parte eadem collectio ut **A**, exhibet frr. 2—10. 12—14. 16. 17. 20. 23. 24.

**C** Add. 17214 (saec. VII., Wr. p. 915/7). Sententiae patrum de variis S. Scripturae locis. Frr. 11. 15. 18.

**D** Add. 17191 (saec. IX. vel X., Wr. p. 1008/15) codex palimpsestus; sententiae patrum de variis S. Scripturae locis et rebus. Fr. 1.

**E** Add. 17193 (A. Chr. 874, Wr. p. 989/1002) volumen demonstrationum, collectionum, epistularum. Fr. 2.

**F** Add. 14536 (saec. VIII., Wr. p. 742/4) breves sententiae patrum de variis rebus theologicis. Fr 4.

**G** Add. 12144 (A. Chr. 1081, Wr. p. 908/14). Catena patrum exegetica a Severo Monacho Edesseno († 861) compilata, 10860 scholia complectens. Fr. 22.

Satis amplam fragmentorum seriem cum ex libris Graece servatis, tum ex iis qui Graece iam dudum perierunt, Syriaci hi codices nobis praestant; neque tamen Fabricio assentiri audeo e locis nonnullis apud Mosem bar Cepham laudatis colligenti, totius Cyrilliani operis versionem quondam apud Syros exstitisse. Nam

1) omnia fere fragmenta ex uno fonte (codd. AB) prodeunt; apud ceteros Syros horum librorum vix ullum invenies vestigium;

2) plenas exstitisse versiones omnium scriptorum Graecorum in collectionibus **AB** laudatorum vix veri simile est.

3) Mar Sergius e ܪܘܣܝ, cuius neque patriam neque aetatem scimus (nisi idem est ac Mār Sergius, abbas Monasterii Arabum, cuius tractatus adversus sectatores Pauli e Beth Ukkame [Assem., B. O. II, 69. 331] in eodem codice f. 125b laudatur), duo tantum Cyrilli libros, tertium et quartum, cognovisse videtur, quum ex iis solis sententias Cyrilli afferat (frr. 2—10).

4) fragmentum 22 a Severo Edesseno († 861) servatum alium translatorem prodit (ܦܫܩܐ pro ܣܘܟܐ); inde Severum versionem Syriacam ignorasse, ex ipso Graeco textu transtulisse concludas.

Ad diiudicandam quaestionem accurata collectionis in AB servatae investigatione opus est, quam instituere hic nequeo; id tamen, quod Fabricii opinioni favere videtur, lectores ignorare nolo, vertendi genus in his fragmentis (22 excepto) exhibitum idem inveniri apud eum qui eiusdem Cyrilli in Lucam commentarios Syriace convertit. E paucis Syris est, qui sensum magis quam singula verba reddiderunt. Ego in vertendis Syriacis minus Latinae quam Syriacae linguae rationem habui; in constituendo textu apographa[1]) presse secutus sum, scripturae varietatem integram adnotavi, vocabula rariora in fine congessi.

## I. Fragmenta librorum qui Graece exstant.

1) Lib. I. ed. Aub. p. 20 A7—20 D11,
2) „ III. „ „ p. 78 A1—78 D1,

1) Fragmenta 1. 2. 11. 15. 18 ipse Fr. Baethgen, doctor Kiloniensis, cetera Hormizdas Nestorianus exscripsit.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 3) | Lib. | III. | ed. | Aub. | p. | 83 B 5—83 C 7, |
| 4) | „ | „ | „ | „ | p. | 86 B 6—86 C 9, |
| 5) | „ | „ | „ | „ | p. | 91 C 5—91 D 4, |
| 6) | „ | „ | „ | „ | p. | 110 A 2—110 C 9, |
| 7) | „ | „ | „ | „ | p. | 113 A 2—113 C 10, |
| 8) | „ | IV. | „ | „ | p. | 136 B 2—136 D 1, |
| 9) | „ | „ | „ | „ | p. | 146 C 1—146 E 5, |
| 10) | „ | „ | „ | „ | p. | 147 B 10—147 C 9, |
| 11) | „ | VII. | „ | „ | p. | 231 D 3—231 E 3, |
| 12) | „ | VIII. | „ | „ | p. | 264 A 7—264 B 6, |
| 13) | „ | „ | „ | „ | p. | 271 B 7—271 C 8, |
| 14) | „ | „ | „ | „ | p. | 277 D 7—277 E 8. |

## II. Fragmenta librorum deperditorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 15) | Lib. | XI. | [vers. | latin. | 3], |
| 16) | „ | „ | „ | „ | 4, |
| 17) | „ | XIV. | „ | „ | 17, |
| 18) | „ | „ | „ | „ | 18, |
| 19) | „ | XV. | „ | „ | 19, |
| 20) | „ | „ | „ | „ | 20, |
| 21) | „ | XVI. | „ | „ | 29, |
| 22) | „ | „ | „ | „ | 31, |
| 23) | „ | „ | „ | „ | 32, |
| 24) | „ | „ | „ | „ | 33, |
| 25) | „ | „ | „ | „ | 34, |
| 26) | „ | „ | „ | „ | 35, |
| 27) | „ | XVIII. | „ | „ | 48. |

[1] ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܫܢܝܢ ܕܐܬܚܪܘ ܠܐܒܪܗܡ. ܘܩܪܝܒܐ ܡܢܝܢܗܘܢ. ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܩܪܝܐ ܕܒܡܫܝܚܐ ܘܒܝܢܬܗܘܢ ܣܢܐ..

ܐܘܡܝܪܘܣ 63, 8 — ܐܘܦܘܠܡܘܣ *Εὐπόλεμος* 51, 6 — ܐܚܪܢܝܘܬܐ ܕܟܝܢ̈ܐ *ἑτερότης τῶν φύσεων* 51, 16 — ܐܝܕܝܐ, ܐܝܕܝܘܢ *Ἰδαῖοι*, *Ἰδαῖον* 62, 4. 63, 3 — ܐܠܕܐ Hellas 62, 18 — ܐܦܠܛܘ 62, 7. 63, 4. 5 — ܐܪܒܝܠܘܣ, ܐܪܒܝܠܘܣ *ἄρα Βῆλος* 48, 12 — ܐܛܠܘܣ 62, 17 — ܒܪ ܢܫܐ 58, 28 — ܕܘܩܝܕܝܣ *δοκίδες* 52, 22 cf. Lagarde, Symmicta 93, 45 — ܕܝܘܣ 62, 6 — ܕܝܘܢܘܣܘܣ 63, 4 — ܙܘܪ 62, 5. 63, 3. 7 — ܙܢ *Ζάν* 63, 6 — ܙܝܢܘܦܘܣ 63, 5. 6. — ܒܟܠܐ ܕܘܟ 58, 24 — ܡܟܬܒܢܘܬܐ 57, 15 — ܟܬܒ ܫܥܝ̈ܬܐ *ἱστορικός* 51, 6 — ܡܟܬܒܢܘܬܐ 60, 19 — ܣܟܠܘܬܐ *σκαιότης* 47, 7 — ܦܓܥ 63, 6 — ܡܛܝ, Aph. ܐܡܛܝ 61, 3; ܡܛܠܛܠ *ὀκνηρῶς* 49, 4 — ܢܟܠܐ 49, 28 — ܡܙܘܪܘܬܐ 57, 10 — ܢܘܟܪܝܘܬܐ *τὸ ὀθνεῖον* 51, 16 — ܡܟܠ ܟܠܐ 56, 13 — ܣܡܡܐ 62, 7 — ܣܦܪ̈ܘܬܐ 59, 23 — ܥܢܝ ܒܝܫܐ 55, 23, ܥܢܝܢܐ, I Cor. 15, 33 *ὁμιλίαι* 59, 11 — ܦܘܠܡܐ 51, 9 — ܦܐܠܘܣ 63, 7 — ܦܬܟܐ (ܦܬܟܐ) 57, 4 — ܦܠܘܛܪܟܘܣ 62, 4 — ܡܦܠܣܦܘܬܐ 53, 19 — ܐܬܦܢܩ *φενακίζω* 52, 7 — ܩܝܡܘܡܘܣ 51, 10 — ܕܩܢܘܡܐ ܒܩܢܘܡܗ *ἰδιοσυστάτως ὑφεστάναι* 51, 18 — ܩܘܣܛܐ 52, 21 — ܩܛܝܢܘܬܐ ܕܡܠܐ *ἰσχνομυθία* 47, 23 — ܩܪܢܝܠܝܘܣ 45, 2 — ܡܪܡܫܐ, cf. Bar Hebr. in Mtth. 4, 1, 48, 19 — ܡܪܡܣܘܬܐ *ἔγκλημα* 48, 4. 61, 3 — ܫܪܐ *ἐνίημι (τὸν νοῦν)* 47, 5.

---

explicavit, tempore consummationis mundi per res ipsas idem significavit, quod per innumerabiles formas, typos et nutus hominibus prioribus praenuntiatum erat. Agedum, si placet, ad maiorem investigationis perspicuitatem leges afferamus, quae ab eo venerunt. Itaque praecipit lex per Moysem data, ut vacemus in sabbato et cibis utamur, qui propter sabbatum antea praeparati sint, propter quod dies sabbato praecedens παρασκευὴ dicitur. Sed et in ipso sabbato offerebant operationes sacerdotales, quae secundum munus sacerdotale constitutae sunt. Offerebant enim Deo, qui est super omnes, quae in lege constituta sunt; et sine reprehensione erat iis operatio neque enim condemnatur harum rerum cura sententiis legis. Iussi autem erant sabbatum celebrantes nullum onus gestare in humeris neque egredi foras neque discedere tentoriis suis. Dicit enim: Maneat unusquisque in tentoriis vestris neque efferatis onus ex domibus vestris unusquisque in die sabbati (Ex. 16, 29; Ier. 17, 22). Sine mulcta autem permisit etiam circumcisionem in sabbato. Quid ergo contra haec dicit adversarius? Qualis est res, amice? Cur enim, dum lex imperat, ut ab omni operatione et labore removeantur, permissum erat sacerdotibus in consuetudinibus suis incedere, circumcisionem quoque perfici, aut licere sabbatum agenti onus ferre et extra tentorium exire? Cur autem edulia antea praeparanda erant, quasi non liceret ita operari in sabbato? Nonne ergo unicuique manifestum est, nisi sit imago veritatis in his, nihil valere universam hanc legem? Sabbatizamus enim in Christo, dum nos prohibemus non ab operibus in universum, et de quibus merito nemo queritur, etiamsi a nobis fiunt, sed a concupiscentia mali. Id enim est cessatio pulchra et mirabilis, sed a curis sanctis non abstinemur, quae sunt odor suavis Deo intellectualiter. Sed unumquemque nostrum in communione bonorum operum antea ab ipso peractorum permanere, indicat nobis pulcherrime, quod oportet ante sabbatum praeparare cibos. Et sabbatizantes intellectualiter nos circumcisionem spiritualem non manibus factam recipere, rursus indicat typus. Soluti enim sumus ab omni onere, abicientes peccatum grave et impurum; iustificamur enim in Christo. Neque egredimur e tabernaculo sancto, sed amamus potius permanere in doctrina ecclesiae. Haec enim vere est tabernaculum sanctum et divinum, quod amantes precationes ad Deum et psalmos et

laudes facimus dicentes (Ps. 84, 2): Quam dilecta tabernacula tua, Domine: concupiscit et sperat anima mea in atriis Domini. Unde elucet legem, sicut in infirmitate umbrae nihil valet, sic ad veritatem per Moysem datam transformatam et spiritualiter intellectam mysterium Christi nobis explicare et scientiam rerum necessariarum nobis afferre. Quod autem corporaliter aliquid agimus — dominus sabbati est filius hominis. Ostendit enim Christus Iudaeis se ipsum et patrem demonstrans non sine opere illum et in sabbato: Pater meus usque modo operatur et ego operor (Io. 5, 17). Scimus autem, cessationem in sabbato, dico corporalem, inveniri saepe non curatam a sanctis. Ita enim cepit Hierichontem Iosua sanctissimus, cum esset dux exercitus post Moysem; sed, nisi dominus fuisset filius hominis etiam sabbati, ut dicit Salvator, cur non maledictus est Iosua, quod in sabbato vicit? Scriptum enim est: Maledictus est omnis, qui non permanserit in iis, quae scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea (Deut. 27, 26). Armatus autem erat contra Hierichontem, in quo non displicebat Deo, sed potius vir armorum erat ei. Neque propter verecundiam sabbati prohibiti sunt vincere, sed magis excitati, ut arma moverent et clamarent contra adversarios. Et in lege belli quodcumque faciant et eos vacare laboribus poenae, indicabat illius aetatis hominibus, ne legis latoris quidem voluntatem esse de cessatione in sabbato.

Et post alia:

Lex enim demonstrationem rerum multo praestantium nobis facit per nutum. Impura enim animalia irrationalia et volucra et illa in mari ut imago interdum sumuntur et typus hominum impurorum et contaminatorum, a quorum communione recedere lucrum est iis, qui iuste et iuxta legem vivere volunt; nam corrumpunt mores bonos colloquia mala (I Cor. 15, 33). Scribit autem etiam Paulus (I Cor. 5, 11): Si is, qui frater nominatur, est fornicator aut ebriosus aut maledicus, cum eiusmodi viro ne cibum quidem sumamus. Necesse igitur est rebus immundis recedamus et a malis nos secludamus. Scriptum enim est (Prov. 13, 20): Qui cum sapienti graditur, sapiens erit, qui autem cum stultis graditur, cognoscetur. Et iterum (Ps. 18, 26): Cum sancto sanctus eris et cum viro innocenti innocens eris et cum electo electus eris et cum perverso perverteris. Itaque eo quod dicit Christus

'non quod intrat in os, contaminat hominem', non subvertit legem; scit enim umbram eam esse ac typum et, quo magis homines praeferrent recedere ab impuris (hominibus), eo pulchrius impleri. Neque enim esca nos commendat Deo, neque vero si manducaverimus, deficiemus, sicut scriptum est (I Cor. 8, 8). Contaminant autem re vera, quae exeunt per os et linguam: convicia, reprehensiones, calumniae, blasphemiae et quae ebulliunt ex corde, i. e. ex malis cogitationibus: haec sunt, quae contaminant hominem secundum dictum Salvatoris (Matth. 15, 19). Omnis enim cibus pulcher et nihil reiciendum quasi natura impurum. Sanctificatur enim per verbum Dei et orationem (I Tim. 4, 5).

32.

Capitulum. Dominum nostrum pascha legitimum cum discipulis suis comedisse. S. Cyrilli ex libro XVI.[1]) adversus Iulianum.

Mense enim primo, quo secundum legem Moysis amnus mactandus erat, et ipse praesciebat se passurum esse et consulto, ut dixi, Hierosolyma petivit et festum celebravit. Comedit enim pascha cum discipulis suis. Quod enim pascha comedit, nihil aliud est nisi quod amnum XIV. die mensis ad vesperam mactaverunt et carnem et panem azymum cum amaris comederunt.

33.

Ex Ioanne Damasc. p. 662. Κυρίλλου. Cod. Rupef. Ἐκ τοῦ ις′ βιβλίου.

Εἴκειν ἀναγκαῖον πατράσι τοὺς παῖδας· ἀλλ' ἔνθαπερ ὁ περὶ τῆς ἀληθείας εἰσελαύνει λόγος, τιμάσθω θεὸς καὶ νικάτω τὰ αὐτοῦ καὶ φιλοστοργίας δύναμιν φυσικήν. Neglegatur[2]) autem et amor filiorum erga patres et patrum erga filios et separentur quae ante omnia amantur. Id enim et alio loco docet nos dicens (Matth. 10, 37): Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, et rursus: qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. Deo enim nos decet ante omnia offerre etiam victum amorem, quem illis debemus qui a sanguine et a fraterni-

1) Cod. Syr. XIX. Quam numerum in XVI. mutavi, quod argumentum fg. 32 cum fg. 31 cohaeret. Neque obstant numerorum Syr. formae.

2) Fragmentum Syriacum, quod inscribitur 'eiusdem ex libro XVI. adversus Iulianum', etiam Graeca quae antecedunt verba exhibet.

tate; quia et uniuscuiusque est pater et caput et genitor in eo quod creator cognoscitur, et is qui nobis dat vitam et addit ad haec etiam spem bene vivendi. Separat igitur eos, qui vel proximi sunt, amor erga deum, si hi volunt res ipsius cogitare, illi recedere ab iis quae utilia sunt et abire in foveam perditionis. Neque enim decet sapientes adhaerere indoctis, sed perversa amantes illis qui ea quae iuvant cogitare assueti sunt. Si autem iubet quidem Christus tenere in aequitate animam eos qui sua cogitare volunt, et si nonnulli postea non omnino cauti sunt hac in re et in humanam incidunt pusillanimitatem, quid hoc obtrectat legibus divinis aut imminuit gloriam legislatoris? Is enim tulit legem, cuius perfectio utilis est; qui autem cessant, ubi perficienda erat, sub vituperationem et crimen sunt, etiamsi pusillanimitati humanae obnoxii sunt, et ne unum quidem verbum remissionis inveniunt. Si autem et nonnulli recedunt a veritate et vincula pacis dissecant et descendunt et abeunt ubi non bene, ne legislatorem reprehendamus, immo illos ipsos, si vult hominem sapientem esse et iudicem praestabilem. Esse autem pacificos in similitudine Christi, omnes, quibus ab eo imposita erat manus, diaconos praedicationum divinarum, pulcherrime ostendit Paulus divina loquens, dum scribit (II Cor. 5, 20): 'Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo: reconciliamini deo.' Reconciliamur autem deo adhaerescendo legibus eius divinis et adhaerendo per sanctificationem, abiciendo, ut nunc dixi, peccato quod facit perversitatem. Vocabuntur autem filii dei rectissime ii qui adducunt ei eos, qui remoti erant eumque ignorabant et quod ei placet neque cogitare neque facere volebant.

34.

Christum etiam iis qui in carcere erant praedicasse. S. Cyrilli ex libro XVI. adversus Iulianum.

Cum filius hominis esset verbum unigenitum Dei et in terra in forma nostra appâreret, non iis tantum, qui tum temporis vixerunt, condonavit remissionem peccatorum, sed amore praeditus generis humani immenso, eandem gratiam etiam spiritibus in carcere donavit. Praedicavit enim etiam illis et aperuit portas carceris illis qui erant in tenebris. Erat enim Christus dominus et mortuorum et viventium et salvavit per fidem hos et illos. Quo igitur

modo tu audes ⟨eum⟩ reprehendere, dic mihi, quasi neglexisset illos priores et vix illis, qui in extremis temporibus, vocationem et salvationem per Christum distribuisset? Et ut supra dixi, etiam mortuis et vivis gratiam praedestinavit; praedicavit enim spiritibus in carcere, qui increduli fuerant aliquando, sicut scriptum est (I Petr. 3, 19. 20).

35.

Eiusdem ex libro XVI.

Pythagoras autem in antrum quod dicitur Idaeum fertur descendisse[1]) et in illius Iovis sepulcro moratus esse et sacrificia ordinata iuxta legem ethnicorum tulisse. Et cum exiret, haec scripsit supra locum: Hic iacet Ζὰν, quem Δία[2]) vocant.[3]) Et filium rursus Semeles iuxta Apollinem qui dicitur aureus ferunt sepultum esse.[4])

Videtur fuisse fg. 35 in disputatione, quam inceperat Cyrillus fg. 34. Argumentandi autem ratio fortasse haec fuit: Christus praedicavit spiritibus qui erant in carcere. Ac ne mireris eum ad inferos se contulisse: etiam Pythagoram dicitis in antrum Idaeum descendisse.

---

*Ex libro XVII.*

36.

Ex Ioann. Damasc. p. 515 et p. 780. — P. 515. Rupef.: Κυρίλλου, ἐκ τοῦ ιϛ′ βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.[5]) — P. 780. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου,[6]) ἐκ τοῦ ιϛ′ βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Χρὴ τὸν[7]) προεστῶτα ἀνεπίληπτον[8]) ἐκμελετᾶν καὶ ἀσκεῖσθαι βίον καὶ μηδὲν ἀνεπιτήδευτον ἔχειν[9]) τῶν ἀρεσκόντων θεῷ.

---

1) Porphyr. v. Pyth. 17. Cyr. Alex. c. Iul. p. 342 C.
2) Syr. Διός.
3) ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσιν. Porph. l. l.
4) Cyr. Alex. c. Iul. p. 11 B. Περσεὺς Διόνυσον ἀναιρεῖ, οὗ καὶ τὴν ταφὴν εἶναί φασιν ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸν χρυσοῦν Ἀπόλλωνα.
5) Scripsi. Ἰουλιανόν cod. et Lequien.
6) Scripsi. Κυρίου Lequien.
7) τὸν 515. τῶν 780.
8) ἀνεπίληπτον 515. ἀνεπίπληκτον 780.
9) ἀνεπιτήδευτον ἔχειν 515. ἔχειν ἀνεπιτήδευτον 780.

37.

Ex Ioann. Damasc. p. 780. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Τοῖς ἡγεῖσθαι λαχοῦσι καὶ οἷον ἐν μέσῳ κειμένοις καὶ τῶν ἄλλων ἐπιφανεστέροις πᾶσά πως ἀνάγκη τῷ τῆς εὐζωίας καταφαιδρύνεσθαι[1]) κάλλει καὶ ἀπόλεκτον ὡς ἀληθῶς ἐξασκῆσαι βίον, ὥστε καὶ ὑποτύπωσιν αὐτοὺς γενέσθαι τοῖς ὑπὸ χεῖρα κειμένοις, δρῶντας μὲν ἐπιδεικτικῶς ἢ φιλοδόξως οὐδέν, ὠφελείας δὲ χάριν, καὶ ἑτέροις πρόφασιν τὰ καθ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζοντας. ἀεὶ γάρ πως τῶν ἐν μέσῳ καὶ ἐπισήμων ὁ βίος ὑπὸ πάντων κρίνεται καὶ δοκιμάζεται. κἂν ἔχοι τὸ ἀνεπίληπτον, οὐκ ἀνόνητόν ἐστι τὸ χρῆμα τοῖς εἰδόσιν αὐτόν· εἰ δὲ ἀποφέροιτο τοῦ εἰκότος καὶ διαπίπτοι πρὸς ἃ μὴ θέμις, οὐ πρὸς καλὸν μὲν ἔσται τισὶ, πρὸς ζημίαν δὲ μᾶλλον καὶ βλάβας. εἰ γὰρ οὐκ οἶδεν ὀρθοποδεῖν καὶ διαβιοῦν ἀστείως ὁ παιδαγωγός, ποία ἔσται παρ' αὐτοῦ τοῖς παιδαγωγουμένοις ὠφέλεια;[2])

Fragmenta 36 et 37 videntur fuisse in libro prooemio.

38.

Ex Ioann. Damasc. p. 782. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἐκ τοῦ ιζ' ⟨τῶν⟩[3]) κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ οἷον πηγὴ καὶ γέννησις τῶν ἐν ἡμῖν ἐστι παθῶν ἡ πρὸς κακίαν ὄρεξις, ἐπ' αὐτοῖς καλοῦσα τὸν νοῦν καὶ καταγοητεύουσα μὲν ἐν ἀρχαῖς, βιαζομένη δὲ καὶ μετὰ τοῦτο καὶ κατασείουσα καὶ ἀβουλήτως ἔσθ' ὅτε. καπνοῦ γὰρ δίκην ἢ ὥσπερ τινὲς ἀτμοὶ τῶν ἐμφύτων ἡδονῶν ἀνίσχουσιν ἐν ἡμῖν[4]) κακαὶ[5]) ὀρέξεις. ἀλλ' ὁ μὲν σώφρων νεανίσκος ἐπιτιμᾷ τοῖς κινήμασι καὶ περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἐᾷ· διὸ[6]) καὶ ἀδρανὲς ὂν ἔτι τὸ πάθος ἥττηται ῥᾳδίως. ὁ δέ γε ῥᾴθυμος καὶ κατημελημένος εἰσδέχεται τὰς τῶν ἡδονῶν ἀρχὰς ὡς ἐννοίας ἔτι ψιλὰς, ἐπιτρέψας δὲ προελθεῖν εἰς πλάτος, δυσχερεστάτην εὑρήσει τὴν ἀντίστασιν. ὁ γὰρ προαλοὺς καὶ προηττημένος οὐ τῶν ἰδίων ἐστὶ θελημάτων ἔτι κύριος· ὑποκείσεται δὲ μᾶλλον καθάπερ

---

1) καταφραιδύνεσθαι Lequien.

2) ποῖα — ὠφελεία cod. Lequien vocem ὠφέλεια e textu eiecit, quam retinendam esse statuo, sed vocem ποῖα mutandam in ποία.

3) τῶν adieci.

4) ἐν ὑμῖν Lequien. ἐν ἡμῖν scripsi.

5) κακαὶ scripsi. τὰς Lequien.

6) διὸ scripsi. ὃ Lequien.

βαρβάρῳ τῷ νικήσαντι πάθει. ἐγκρατείας οὖν ὁ 'πανάριστος τρόπος πρῶτός τε καὶ εὐκλεέστατος τὸ μήτε προήκασθαι τὰς τοῦ πάθους ἀρχὰς μήτε μὴν ἁλῶναι ταῖς ἐπιθυμίαις· δευτέρα δὲ μετ' ἐκείνην ἐγκράτεια καὶ ῥύπου μεστὴ τὸ ἀπέχεσθαι θέλειν τῶν ἀποτελεσμάτων προηλωκότος τοῦ νοῦ τῇ ἐπιθυμίᾳ.[1])

39.

Ex Leont. et Ioann. p. 154.

Ἐπιπλήττει εἰκῇ τοῖς ὑπέρ γε τῶν ἐν ἀδικίαις παρακαλοῦσι θεὸν καὶ ἀφαμαρτάνειν τοῦ εἰκότος ᾠήθη, καὶ λέγει τοὺς ἐποικτείροντας τοὺς κακούργους κακούς. καίτοι πῶς ὁ τοῦτο λέγων οὐ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀνήμερον ἀποδέχεται, θαυμάζει δὲ[2]) τοὺς ἀτεράμονας ὁμοῦ τε καὶ μισαλλήλους; χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τοὺς ἅπαξ εἰλημμένους τοῖς ἰδίοις πταίσμασι καὶ δίκας ὑπέχοντας[3]) τοῖς κολάζουσι νόμοις ἐποικτείρειν μᾶλλον ὡς πεπραχότας ἀθλίως, ὡς ἐξ ἀσθενείας ἀνθρωπίνης ἐμπεσόντας εἰς τοῦτο, ὡς διαβολικῆς σκαιότητος γενομένους θήραμα, καὶ μὴ πεσοῦσιν αὐτοῖς ἐπιμειδιᾶν καὶ οἷον ἐπορχεῖσθαι κειμένοις καὶ καταφροντίζειν αὐτοῖς ἀφιλοστοργίαν.

Cui fragmento haec in codice praemittuntur: τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ζ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ, neque tamen exstat in septimo libro neque omnino in prima decade. Quam difficultatem Angelus Maius ita tollere studuit, ut in lacuna quae invenitur in fine libri VII. p. 250 D posita olim fuisse contenderet fg. 39 et quod sequitur 40. Neque tamen intellegere possum, quomodo id fieri potuerit. Redarguitur autem Mai sententia eo, quod alio modo suppletur lacuna in optimo codice Marciano 123 saec. XIII., qui haec exhibet verba: ἢ τάχα που τοῦ πρώτου τὸ δεύτερον ἡττῷτο ἂν κατά γε τὸν ἀκριβῆ καὶ εὖ ἔχοντα λογισμόν· ⟨μεῖζον γὰρ οἶμαι τὸ παρενεγκεῖν εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ ἢ τὸ ἤδη παρενηνεγμένον⟩ καί τι τῶν ἀδοκήτων ὑποστὰν ἀνακομίσαι πάλιν εἰς ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς. Atque eodem modo lacunam explevit codex deperditus Capnionis, quem in interpretandis Cyrilli libris

1) προηρωτηκότος τοῦ νοῦ τῆς ἐπιθυμίας cod. προηρτηκότος τοῦ νοῦ τῆς ἐπιθυμίας Lequien; sed dici debuit προηρτημένου. προηλωκότος τοῦ νοῦ τῇ ἐπιθυμίᾳ scripsi.

2) ἀποδέχεται; θαυμάζει Lequien ἀποδέχεται, θαυμάζει δὲ scripsi.

3) ὑπέχοντας Mignius. ἐπέχοντας Maius.

Oecolampadius adhibuit. Cuius verba sunt haec f. 64a editionis a. 1528: 'Num forsitan primo secundum minus erit iuxta mentem sanam? Maius enim opinor esse producere aliquid ex nihilo, quam iam productum et grave aliquid passum, reduci denuo in id quod principio erat.' Reiecta igitur Mai coniectura dubium non est, quin numerus sit corruptus. Scribendum autem esse mihi videtur ιζ′ pro ζ′. Ergo etiam ea quae sequuntur verba, quibus in codice praemittantur verba ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ex libro XVII. deprompta esse censeo.

40.

Ex Leont. et Ioann. f. 154. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Περιφανὴς καὶ ἀξιοζήλωτος ἀγαθότης ἐστὶ, δηλαδὴ τὸ ὀρέγειν ἔλεον τοῖς μισεῖν ἡμᾶς ᾑρημένοις καὶ χεῖρα νέμειν ἐπίκουρον, βούλεσθαι δὲ καὶ σώζειν αὐτοὺς, οὐκ ἐπεμβαίνοντας, μᾶλλον δὲ καὶ οἷον κειμένοις ἐπορχουμένους καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀθλιότητος καταμειδιῶντας ἀφιλοικτιρμόνως,[1]) δρῶντας δὲ μᾶλλον ἐκεῖνα, δι' ὧν ἂν[2]) ἔξω γένοιντο παγίδος,[3]) ποιουμένους δὲ καὶ λιτὰς πρὸς τὸν τῶν ὅλων ὑπὲρ αὐτῶν ἐξουσιάζοντα θεόν.

---

*Ex libro XVIII.*

41.

Ex Leont. et Ioann. p. 105. Ἐκ τοῦ ιη′ λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Εἰσί τινες, πλεῖστοι δὲ οὗτοι κατὰ τὸν βίον, οἳ τὸ σφίσιν αὐτοῖς ⟨δοκοῦν⟩[4]) εὖ ἔχειν ὑπειλημμένοι ἀβασανίστως κρατύνουσιν· οἴονται δὲ, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σοφὰ λαλοῦσι καὶ ἀναμφίβλητα. πλὴν μέχρι τοσούτου τὴν τοῦ δοκεῖν εἶναι σοφοὶ καὶ ἀγχίνοι[5]) κλέπτουσι δόξαν, ἄχρις ἂν αὐτοῖς ὁ πρὸς τῶν ἑτερογνωμονούντων ὑπαντήσῃ λόγος, γοργοτέροις ἐλέγχοις ἀντανιστάμενος.

Videntur haec fuisse prima libri verba.

---

1) Scripsi. ἀφιλοικτειρμόνως Maius.
2) τὰ cod. ἂν scripsi. Maius delevit.
3) γένοιτο παγίς cod. γένοιντο παγίδος Maius.
4) δοκοῦν adiecit Mignius.
5) ἀγχίνοοι Maius. ἀγχίνοι scripsi cll. Cyr. Alex. c. Iul. p. 5 A.

42.

Ex Leont. et Ioann. p. 105. Ἐκ τοῦ ιη' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ἐν τῷ μηδὲν ἄγαν εἶναι τὸ εὖ ἔχον, ἐν δὲ τῷ περιττῷ τὰς διαβολάς.

Quae verba esse extremam alicuius enuntiati partem inde intellegitur, quod necesse est praemissum sit verbum a quo pendeat accusativus cum infinitivo coniunctus. Deprompta autem esse ex eadem libri parte qua fg. 41 videntur esse propter voces τὸ εὖ ἔχον.

43.

Ex Ioann. Damasc. ἐκλογῶν βιβλ. ed. Lequien II p. 752. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἐκ τοῦ ιη' τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Δεῖν οἶμαι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀβασανίστως[1]) τῇ πίστει τιμᾶν· ἀσθενεῖ γάρ πως ἀνθρώπινος νοῦς εἴς γε τὸ δύνασθαι συνιέναι πάντα.

44.

Ex Ioann. Damasc. p. 778. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ιη' βιβλίου.

Οὐδὲν οὕτω[2]) κεκαθαρμένους ἡμᾶς ποιεῖ ὡς αἱ τῶν εἰς εὐσέβειαν ἀνδραγαθημάτων λαμπρότητες καὶ τό γε ἐποικτείρειν τοὺς ἐν ἐνδείᾳ καὶ τῶν ἀναγκαίων σπάνει. γράφει γάρ που καὶ ὁ παροιμιαστής, ὅτι ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσι ἀποκαθαίρονται αἱ ἁμαρτίαι (Tob. 12, 9).

45.

Ex Ioann. Damasc. p. 778. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Πρῶτον ⟨ὅτι⟩[3]) καὶ ἄριστον ἀνδραγάθημα τὸ διανεῖμαι τοῖς δεομένοις τὰ ὄντα καὶ κατευμεγεθῆσαι τῆς ἐκ τοῦ πλούτου τρυφῆς καὶ κατασωρεῦσαι μᾶλλον ἐν οὐρανοῖς ἐλπίδα τὴν μέλλουσαν καὶ τῶν προσκαίρων ἀλλάξασθαι τὰ διηνεκῆ καὶ ἀνθελέσθαι[4]) τὰ μένοντα τῶν σεσαλευμένων, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων.

---

1) ἀβασανίστως scripsi. ἀβασανίστῳ Lequien.
2) οὕτω scripsi. οὕτως Lequien.
3) ὅτι adieci.
4) ἀνθελέσθαι scripsi. ἀνελέσθαι Lequien.

46.

Ex Leont. et Ioann. p. 94. Ἐκ τοῦ ιη' βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.[1]

Ἕκαστος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων διέλαχε[2]) τὰς ἡνίας καὶ ἐθελοντὴς ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τὰν ἴεται,[3]) τουτέστιν ἢ ἐπὶ ἀρετὴν ἢ πρός γε τὰ χείρω.

47.

Ex Leont. et Ioann. p. 108. Ἐκ τοῦ ιη' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.[4])

Τοῖς οὐκ ἔχουσι βίον τὸν ἐπιεικῆ καὶ τεθαυμασμένον φορτικόν, ὡς ἔοικε, τὸ εὐδοκιμεῖν ἑτέρους εὐζωίᾳ καὶ ἀρετῇ· ἔγκλημα γὰρ τῆς ἑαυτῶν φαυλότητος ποιοῦνται χρήματα, καὶ ταῖς ἑτέρων εὐκλείαις ἐπηρεθισμένοι τὴν τῆς βασκανίας[5]) ὠδίνουσι[6]) φλόγα. καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν ζηλοῦντας ἑλέσθαι τὸ ἄμεινον καὶ πάντα σείοντας κάλων[7]) ἁμιλλᾶσθαι φιλεῖν τοῖς ὧδε λαμπροῖς, οὐ φιλοψογίας ποιήσασθαι πρόφασιν ἃ κατορθοῦν οὐ δεδύνηνται.[8])

48.

Eiusdem ex libro XVIII. Cum Iulianus Christianos irrideret, quod martyres colerent, dixit (sc. Cyrillus) hoc modo:

Neque enim mortuos colimus ut deos neque adorationem quae Deo nobis debetur, hominibus tribuimus neque martyribus sanctis precationem porrigimus aut ab illis petimus bona quae Deus largitur, sed honoramus potius tales sanctos viros, qui fidem servaverunt et pulcherrime coronati sunt gloria pulchrae

1) Ἰουλιανοῦ Mignius. Ἰουλιανόν Maius.
2) διέλαχε scripsi. διέλαχεν Maius.
3) ἴεται scripsi. ἵεται Maius.
4) Ἰουλιανοῦ Mignius. Ἰουλιανόν Maius.
5) βασκανίας Mignius. βασκανίαις Maius.
6) ὠδίνουσι Mignius. ὠδύνουσι Maius.
7) πάντας ἰόντας καλὸν Maius. πάντα σείοντας κάλων Mignius. Laudatur hic Cyrilli locus etiam in Georgidae gnomologio (anecd. Graeca ed. Boissonade I p. 98) ita: Χρὴ μᾶλλον ζηλοῦντας ἑλέσθαι τὸ ἄμεινον καὶ πάντας ἰόντας καλὸν ἁμιλλᾶσθαι φιλεῖν τοῖς ὧδε λαμπροῖς. In quo gnomologio etiam alii Cyrilli loci inveniuntur, fortasse ex libris contra Iulianum deprompti, quos non recepi, quod deest inscriptio. Neque quicquam ex iis de Iuliani sententiis elucet.
8) δεδύνηνται Mignius. δεδύνηται Maius.

virtutis et pugnaverunt usque ad vitam et sanguinem et testati sunt gloriam Christi et victores facti fortitudine bonitatis.

Et post pauca, ubi dicit (sc. Cyrillus), apud gentiles quoque facinus honorari:

(Athenis enim, ut eorum, qui propter Graeciam periclitati sunt, mortem quotannis celebrationibus colerent, curas agunt): ad sepulcra egrediuntur ii, quibus prae ceteris est diserta lingua, et mirabiliter verbis felicitare student neque tamen ut Deos eos colunt, sed quod pugnaverunt pro salute omnium et pro libertate Graecorum iverunt in pericula.

Et post pauca, ubi dicit, ethnicorum deos homines fuisse, qui nati, mortui, corrupti sint, et sepulcra nonnullorum eorum memorat, haec dicit:

Sepultus igitur est in antro Idaeo Iuppiter, ille super omnia excelsus; Dionysus autem iuxta altare Apollinis qui dicitur aureus; hic ipse vates Apollo super tripode divinanti, et inde, dicunt, Tripus nomen accepit ob tres filias Triopi quae hunc Pythium, filium Iovis et Latonae querebantur, cum mortuus esset secundum placitum Homeri.[1])

---

*Ex libro XIX.*

49.

Ex Leont. et Ioann. p. 106. Ἐκ τοῦ ιθ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.[2])

Πολὺ λίαν παρὰ τοῖς ἔξω κεῖται τὸ τῆς εὐστομίας χρῆμα καὶ τὸ λαμπρὸν τῆς λέξεως, ἔνι δὲ ὅμως τῶν ὀνησιφόρων οὐδέν. τὸν γὰρ φύσει θεὸν καὶ δημιουργὸν οὐκ ἔγνωσαν, ἀναριθμήτους δὲ θεοὺς τῷ βίῳ κομίζουσι.

## Incertae sedis fragmenta.

50.

Ex Ioann. Damasc. p. 408. Κυρίλλου. Rupef.: ἐκ τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

---

1) Porph. v. Pyth. 16: ἐκηδεύθη δ' ἐν τῷ καλουμένῳ Τρίποδι, ὃς ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας διὰ τὸ τρεῖς κόρας τὰς Τριόπου θυγατέρας ἐνταῦθα θρηνῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα. Cf. Cyr. Alex. c. Iul. p. 342 B.

2) Ἰουλιανοῦ Mignius. Ἰουλιανόν Maius.

Φιλόδακρύ πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρυπτον ἔχει.

51.

Ex Ioann. Damasc. p. 654. Κυρίλλου. Rupef.: ἐκ τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.[1])

Ποῖον οὕτω θηρίον ὠμὸν καὶ ἀνήμερον ὡς δύσοργος ἀνὴρ καὶ ἀκράτῳ θυμῷ τυραννούμενος; ποία δὲ οὕτω θάλασσα ῥαγδαίων αὐτῇ καταχεομένων πνευμάτων ταῖς τῶν πετρῶν ἐγκειμέναις ἐρρήγνυται; ἢ ποῖον οὕτω[2]) πικρὸν καὶ ἰοβόλον ἑρπετὸν τοῖς πέλας ἰοῦσι δριμέως ἐπιπηδᾷ ὡς ἀνὴρ ἀκάθεκτος καὶ δριμὺς καὶ ἀχάλινος εἰς ὀργὰς καὶ ὅλας ὥσπερ τῷ πάθει διδοὺς τὰς ἡνίας;

52.

Ex Ioann. Damasc. p. 654. In margine excidisse mihi videtur τοῦ αὐτοῦ.

Τί ἂν γένοιτο χεῖρον ὀργῆς; ἐκθηριοῖ γὰρ τὸν ἄνθρωπον, ἀσχήμονα καὶ ἀμείλικτον, ἀσυναλλαγῆ καὶ ἀνόσιον ἀποφαίνουσα καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν οὐδὲν ἡγεῖσθαι παρασκευάζουσα.[3]) ποίων γὰρ ἐγχειρημάτων οὐχ[4]) ἅψεται πονηρῶν ἢ ποίων ἀφέξεται λόγων, ἀκατεύναστον ἔχων εἰς νοῦν ἔσω τὴν φλόγα καὶ ἀναζέων τὸν θυμόν;

---

Etiam Cyrilli adversarius, **Alexander** episcopus **Hierapolitanus** Iuliani libros refutavit. Haec enim sunt Ebedjesu verba (Assemani, bibl. orient. III, 1, p. 197: „Alexander, episcopus Hierapolis. Alexander composuit librum solutionis nugarum Iuliani.“ Quam ab Alexandro non scriptam esse coniecit Assemanus l. l adnot. 2. „Quid?“ inquit „si libros decem sancti Cyrilli Alexandrini adversus Iulianum e Graeco in Syriacum conversos Nestoriani eiusdem S. Doctoris hostes infensissimi Alexandro suo supposuerunt?“ Quae Assemani sententia probanda non est. Fieri enim non potuit, ut Cyrilli libri, qui multis locis rectae fidei apertissime demonstrant defensorem, ei supponerentur, qui toto pectore

1) Ἰουλιανοῦ scripsi. Ἰουλιανόν Rupef.
2) οὕτω scripsi. οὕτως Lequien.
3) παρασκευάζουσα scripsi. παρασκευάζουσαι Lequien.
4) οὐχ scripsi. οὐκ Lequien.

deditus erat haeresi Nestorianae. Qua in re etiam si non offendas, non eandem esse Alexandri ac Cyrilli refutationem inde apparet, quod unius libri ab Alexandro scripti mentionem fecit Ebedjesu, Cyrilli contra librorum numerus erat maximus. Ergo dubitandum non est, quin etiam Alexander Iulianum refutare studuerit. Recte autem Assemanus p. 197 adn. 2. mihi videtur adnotasse, eo loco Alexandri mentionem fecisse Ebedjesu, ubi de scriptoribus Syris ageret; ergo in manibus Ebedjesu fuit Syriaca libri Alexandri versio. Neque vero quicquam habemus compertum de tempore libri ab Alexandro compositi; ne id quidem cognovimus, utrum ante Cyrilli libros scriptus sit an postea.

Artis autem plus in refutandis Iuliani libris Garnerio videtur habuisse **Theodoretus** episcopus **Cyrensis**, quam Cyrillus Alexandrinus. 'Hic enim' inquit[1]) 'ad singulas Iulianei libri περικοπὰς responsionem subiungens hominem pressis vestigiis etiam evagantem sequitur; ille collectis in concinnum ordinem Iuliani obiectionibus, singulas ita repellit, ut corpus inde duodecim partibus efflorescens conficiat.' Sed utinam id, quod Fabricio[2]) Schroeckhio[3]) aliis persuasit, Iuliani libros impugnavisse Theodoretum, re vera ita se habere Garnerius ostendisset! Verum enimvero argumento ne uno quidem adiecto, quo sententiam suam probaret, fidem sibi haberi voluit. Quid? quod in duodecim libris qui inscribuntur 'Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων ἢ εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ 'Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις, duobus tantum locis Iuliani mentionem fecit Theodoretus? Quorum alter invenitur in libro IX. p. 347, 9 Gaisf., ubi de Christianorum persecutionibus verba fecit Theodoretus: 'Ὁποῖα δὲ, inquit, κἀν τῇ Ἰουλιανοῦ βασιλείᾳ τετόλμηται, ἴσασι μὲν οἱ γεγηρακότες, ἀκηκόαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς διηγουμένων τῶν τὴν τραγῳδίαν ἑωρακότων; alter in disputatione X. p. 382, 13 G, ubi de oraculis egit. Sunt autem eius verba haec: παραπλήσιον δέ τι δέδρακε (sc. ὁ Πύθιος) καὶ ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τὴν ὁρμὴν ἔχοντος κατὰ τῶν Ἀσσυρίων. Librorum

1) Garnerii dissertatio II. de libris Theodoreti § IV, 17: Theod. opp. ed. Schulze V p. 401.

2) Fabricii delectus scriptorum, qui verit. rel. Christ. asseruerunt. 1725. p. 98: Theodoreti — libri XII, quos — Iuliano imperatori singillatim oppositos Garnerius annotavit.

3) Schroeckh, Kirchengesch. VI 336.

igitur Iuliani neutro loco meminit ac ne eo quidem, quo fortasse censendus est perstrinxisse Iulianum: nam libri III. p. 149, 12 G de Satana δηλοῖ δὲ, inquit, τοὔνομα τὸν ἀποστάτην κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνήν. καλεῖ δὲ αὐτὸν (sc. τὰ θεῖα λόγια) καὶ διάβολον. Quibus verbis Theodoretus fortasse significare voluit Iulianum apostatam ipsum esse diabolum. Sed ne hoc quidem loco de libris agitur apostatae. Huc accedit, quod ipse Theodoretus in operis sui prologo p. 1 sqq. profitetur aggressum se esse scribere libros quibus curaret Graecorum affectiones, cum saepenumero accidisset, ut pagani secum congressi deriderent fidem Christianam, agrestes incultosque fuisse dicerent apostolos, vituperarent sanctorum martyrum cultum aliaque eius modi adicerent. Quid autem fuit causae, cur dissimularet impugnaturum sese esse Iulianum, si id re vera sibi proposuerat? Cur libros suos ita inscripsit, ut divinare ante Garnerium nemo posset eius consilium? Cur eos ita instituit, ut accusaret potius paganos, quod falsa de deo sentirent, quam refutaret argumenta, quibus illi Christianae religioni adversati erant? Cur studuit ostendere etiam philosophorum Graecorum quosdam, inprimis Platonem, eadem fere de rebus divinis censuisse atque Christianos et ita re vera effecit εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσιν? Quid denique sibi voluit, cum p. 16 sqq. adversarios suos, qui negarent Graecos multa a barbaris mutuatos esse, ita rudes esse diceret, ut ne possent quidem ea Graecorum scripta legere, quibus meliora docerentur? Εἰ δὲ, inquit p. 18, 11 G καὶ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τῶν δαιμόνων τὰς τελετὰς καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα παρὰ βαρβάρων ἐδιδάχθησαν Ἕλληνες καὶ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις ἐναβρύνονται, τί δήποτε ὑμεῖς οὐδὲ συνιέναι τὰ ὑπ᾽ ἐκείνων συγγεγραμμένα δυνάμενοι παραιτεῖσθε μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν κτέ. Et p. 16, 7 G: οἱ δὲ ὀλίγα μὲν παρὰ ποιητῶν, ὀλίγα δὲ παρὰ ῥητόρων ἐρανισάμενοι, τῶν δέ γε φιλοσόφων οὐδὲ αὐτὰς τὰς προσηγορίας μεμαθηκότες, πλὴν δυοῖν ἢ τριῶν τῶν ἐπισήμων, βάρβαρον μὲν τὴν θείαν γραφὴν ὀνομάζουσι, μαθεῖν δὲ τἀληθὲς παρὰ ταύτης αἰσχρὸν ὑπειλήφασιν. ἐξ ἀγνοίας[1]) δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθείας ἐπιγίνεται πάθημα. εἰ γὰρ τὰς Ἑλληνικὰς ἀνεγνώκεισαν ἱστορίας, ἔγνωσαν ἂν δήπουθεν, ὡς καὶ τὰς περιφανεῖς ἐπιστήμας καὶ τῶν τεχνῶν τὰς

1) Ita scribendum esse censeo. Gaisfordius exhibet ἀνοίας.

πλείστας παρὰ βαρβάρων ἐπαιδεύθησαν Ἕλληνες. Haec sunt Theodoreti verba. Num vero censendus est is qui Iuliani libros refutare sibi proposuerat, non cognovisse id quod ille disseruerat (p. 178 ABC Cyr.) de Babyloniis, Aegyptiis, Phoenicibus litterarum inventoribus. Num omnino eum fugit, quantum omnium moturus esset risum, si paucos modo Graecorum scriptores legisse diceret imperatorem philosophum, quin etiam ita fuisse ab omni eruditione destitutum, ut eos ne posset quidem legere? Sat igitur superque de levissima Garnerii coniectura.

Verum enimvero etiam si negavimus id fuisse Theodoreti consilium, ut refutaret Iuliani libros, ei non adversabimur, si quis ad eorum certe cognitionem illum venisse contendat. Porphyrii enim libros, quis ille scripserat contra Christianos, ipse duobus laudat locis. Quorum alterum quem protulit p. 76, 13 G, potuit mutuari ex Eusebii praep. evang. I 9, 21, ubi idem affertur, alter qui p. 488, 1 legitur, apud Eusebium non invenitur. Nil mirum igitur etiam Iuliani libros legisse Theodoretum. Quod quamquam certis argumentis firmari non potest, cum ne unus quidem locus in therapeuticae libris ex Iuliani scriptis afferatur, ea tamen proferam argumenta, quibus hanc coniecturam non omni probabilitate carere ostendam. Vituperaverat Iulianus Christianos, quod cum relictis paganorum sacris Iudaeorum sequi maluissent religionem, ne eam quidem pie colerent, sed omissis doctrinis laude dignis recepissent vituperandas. Νῦν δὲ, inquit p. 202 A, ὑμῖν συμβέβηκεν ὥσπερ ταῖς βδέλλαις τὸ χείριστον ἕλκειν αἷμα ἐκεῖθεν, ἀφεῖναι δὲ τὸ καθαρώτερον. Et respexit fortasse hunc Iuliani locum, quocum hirudinibus comparantur Christiani, Theodoretus p. 55, 15 G, ubi optima quaeque cum dixisset eos ubique collecta in usum suum conferre, καὶ μὲν δὴ, inquit, καὶ ταῖς μελίτταις οὗτος ὁ νόμος ἐμπέφυκεν. οὐ γλυκέσι γὰρ μόνοις, ἀλλὰ καὶ πικροῖς ἄνθεσιν ἐφιζάνουσαι τὴν μὲν γλυκεῖαν ἀνιμῶνται ποιότητα, τὴν δὲ πικρὰν ἀποστρέφονται. Idem cum invectus esset in sacrificia Graecorum: μὴ τοίνυν, inquit p. 292, 12 G., τῆς τῶν ὑμετέρων θυμάτων κατηγορίας ἀπολογίαν τὴν ἀντικατηγορίαν ἔχειν νομίζητε. Quibuscum conferas velim Iuliani fragmentum, quod servatum est a Cyrillo p. 41 E: Μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων δογμάτων ἁπάντων ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἐκεῖνο βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἴπερ ἀντι-

λέγειν ἐθέλοιεν, ὥςπερ ἐν δικαστηρίῳ μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν, μηδὲ, τὸ λεγόμενον, ἀντικατηγορεῖν, ἕως ἂν ὑπὲρ τῶν πρώτων ἀπολογήςωνται κτέ. Iam vero Iulianus, ubi de legibus a Numa latis verba facit, auctores bonorum illorum urbi datorum dicit fuisse oracula divino spiritu praedita. Sunt autem haec eius verba p. 194 B: Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ κατοχῆς καὶ ἐπιπνοίας θείας ἔκ τε τῶν τῆς Cιβύλλης καὶ τῶν ἄλλων, οἳ δὴ γεγόνασι κατὰ τὴν πάτριον φωνὴν χρηςμολόγοι, φαίνεται δοὺς ὁ Ζεὺς τῇ πόλει; idem p. 198 B: τὸ γὰρ ἐκ θεῶν εἰς ἀνθρώπους ἀφικνούμενον πνεῦμα σπανιάκις μὲν καὶ ἐν ὀλίγοις γίνεται κτέ. Divina igitur praedicat oracula, θείαν significat esse ἐπίπνοιαν et κατοχήν. Contra atque Iuliano placuit, de chresmologis Theodoretus p. 374, 5 G: καὶ τὰ ἔπη οὐκ ἔκ τινος θειασμοῦ καὶ κατοχῆς λέγειν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους συλῶντας ποιήσεως. Neque neglegendum est quibusdam locis Galilaeorum nomine uti Theodoretum et iis quidem quibus maiora quam Romanos exponit illos effecisse; unde videtur esse colligendum eum his locis perstrinxisse Iulianum, quem minimi sese aestimare Christianos eo ostendisse nemo nescit, quod alio numquam eos nomine nisi Galilaeorum significaret. Inveniuntur autem eius modi loci in Theodoreti libris tres: Primus p. 337, 10 G: εὑρήσει γὰρ τοὺς μὲν (sc. Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων νομοθέτας) οὐδὲ τοὺς ὁμόρους πείσαντας κατὰ τοὺς σφῶν πολιτεύεσθαι νόμους· τοὺς δὲ Γαλιλαίους οὐ μόνον Ῥωμαίους πεπεικότας, ἀλλὰ καὶ ἅπαντα τῶν βαρβάρων τὰ φῦλα τὴν εὐαγγελικὴν νομοθεσίαν ἀσπάσασθαι. Alter p. 352, 6 G, ubi de Persis agitur: καὶ τούσδε τοὺς νόμους παρ᾽ ἀνδρῶν Γαλιλαίων ἐδέξαντο· καὶ τὴν μὲν Ῥωμαίων δυναστείαν οὐκ ἔδεισαν, τῇ δὲ τοῦ σταυρωθέντος ὑπετάγησαν βασιλείᾳ. Tertio autem loco p. 406, 2 G, ubi cum falsis Graecorum oraculis verissima et saluberrima comparat Iudaeorum et Christianorum, haec eius inveniuntur verba: τὴν γὰρ δὴ μίαν τῶν ἀποστόλων γλῶτταν, Γαλιλαίαν οὖσαν, εἰς τὰς ἁπάντων τῶν ἐθνῶν κατεμέρισε γλώττας, καὶ προσενήνοχεν ἅπασι τὴν σωτήριον κλῆσιν. Simillimus etiam Iuliano argumentandi ratione est Theodoreti locus p. 362 G. sqq., ubi comparantur detestabiles Platonis leges cum Christianorum institutis admiratione dignissimis. Et Theodoretus quidem utitur verbis ἐκ παραλλήλου τιθέναι, Iulianus saepissime dicit παραβάλλειν. Quem comparandi modum, quem sese adhibiturum esse professus est in prologo

et in toto opere fideliter servavit Theodoretus, repetitum esse a Iuliano haud facile negaverim. Sed aliud est legisse aliquem librum et ex eo percepisse aliquid utilitatis, aliud eum ipsum librum refutasse.

Quod si quaeris quo tempore scripti sint therapeuticae libri: exstant a Garnerio iam allata ipsius Theodoreti verba in epistula 113 ad Leonem episcopum Romanum data (ed. Schulze IV p. 1191). Quae quidem scripta est exeunte anno 449, nam conqueritur ea Theodoretus de iis rebus, quas passus sit in concilio Ephesino, quod constat initium cepisse a. d. VI. Id. Aug. a. 449. Ἔστι γάρ μοι, inquit Theodoretus, τὰ μὲν πρὸ εἴκοσι ἐτῶν συγγεγραμμένα, τὰ δὲ πρὸ ὀκτωκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ πεντεκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ δυοκαίδεκα, τὰ μὲν πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ Εὐνομιανούς, τὰ δὲ πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ἐν Περσίδι μάγους, ἄλλα περὶ τῆς καθόλου προνοίας, ἕτερα δὲ περὶ θεολογίας καὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. Ac ne quis putet quattuor temporum momentis respondere operum allatorum seriem: non quattuor memorantur, sed quinque aut singula opera aut plura coniuncta. Temporum autem ordinem non servatum esse luculentissime eo demonstratur, quod duae solum re vera exstant operum series: altera eorum quibus adversarii impugnantur, alteris agitur de doctrinis Christianorum. Quam divisionem non fortuitam esse, sed ab ipsius auctoris consilio profectam inde apparet, quod in altera serie adhibentur voces τὰ μὲν, τὰ δὲ, τὰ δὲ, in altera ἄλλα, ἕτερα δέ. Itaque in vetitum niteremur, si opus contra Graecos scriptum, id est therapeuticae libros, quod secundo loco nominatur, in iis esse adfirmaremus, quos duodeviginti annis ante se scripsisse Theodoretus autumavit. Neque enim quicquam ex eius verbis efficere possumus nisi prodiisse duodecim libros contra Graecos eo temporis spatio, cuius primus annus viginti, duodecim annis ultimus ab epistulae 113 tempore seiunctus erat; eo igitur qui fuit inter exitus annorum 429 et 437 p. C. n. Quo redarguitur tam Baronii sententia a Garnerio allata, qui anno 439 scriptos esse censuit eos de quibus agimus libros, quam ipsius Garnerii, qui mavult annum 427. Est autem etiam alius locus in Theodoreti libris, ex quo certius aliquid efficere conatus est Garnerius. Nam sub finem disputationis VII. p. 298, 11 G mentio fit legum contra paganos latarum verbis his: τὰ μὲν ὀψοποιοῖς

καὶ κρεοπώλαις ἁρμόττοντα μισήσατε (sc. ὦ Ἕλληνες) θύματα, τὴν δὲ τῆς αἰνέσεως θυσίαν τῷ ποιητῇ προσενέγκατε. πειθέτω δὲ ὑμᾶς τοῦτο ποιεῖν μὴ τῶν βασιλευόντων οἱ νόμοι μηδὲ τῆς τιμωρίας τὸ δέος, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας τὸ κράτος κτέ. Exstant autem duae Theodosii iunioris leges, quibus pagani vetantur diis sacrificare; quarum altera (cod. Theod. XVI. Tit. X. 23) data est anno p. C. n. 423, altera (cod. Theod. XVI. Tit. X. 25) Garnerii temporibus tribuebatur anno 426. Et hanc quidem spectasse Theodoretum cum contenderet Garnerius, scripsisse eum censuit anno 427; id quo fieri non posse supra indicavimus. Huc accedit quod ea lex, qua Garnerius nititur, minime data est anno 426; cuius subscriptionem 'Dat. XVIIII. Kalend. Decemb. C. P. Theod. XII. ex Valent. IIII. AA. conss.' ita scribi non potuisse, sed mutandam esse in 'Dat. XVIII. Kalend. Decemb. C. P. Theod. XV. et Valent. IV. AA. conss.' iam diu intellectum est et ab Haenelio in editione animadversum. Ergo data est lex illa anno p. Ch. n. 435. Post quam si re vera scripti sint therapeuticae libri, ponendi sine dubio in illis, quos ante duodecim annos se scripsisse indicavit Theodoretus, ergo anno 437 censendus ille Graecorum religionem impugnasse. Sed etiam ad hanc legem pertinere eius verba quamquam contendit Garnerius, argumentis non firmavit neque firmare potuisse mihi videtur. Utraque enim lege sacrificiis interdicitur paganis. Ergo fieri etiam potest, ut solam priorem legem anno 423 datam spectaverit Theodoretus; quod qui statuit nil certius adfirmare potest nisi circumscribi id quo scripta est therapeutica temporis spatium exitu annorum 429 et 435, scriptam esse eam anno aut 429 aut 431 aut 434.

Iam omnes enumeravimus scriptores, qui Iuliani crimina defendere studuerunt, quo corrigerent paganorum errores. Neque enim quisquam post controversias Nestorianas studuit libris Iulianeis, nisi post quadringentos annos **Photius** patriarcha **Constantinopolitanus**. Cuius tempore quamquam fuerunt etiam homines in iis regionibus quae quondam fuerant Romani imperii provinciae, quamquam etiamtum fuere qui paganorum sacra amplecterentur: Constantinopoli non inveniebantur. Paganis igitur persuadendi, ut sententiam mutarent, consilium habere non potuit Photius, cum ipse quoque Iuliani libros redargueret. Quod ut faceret duabus causis poterat commoveri. Vocaverat enim Iulianus in examen

etiam eos sacrae scripturae locos, de quibus ipsi dissidebant, de quibus acerrime disputabant Christiani. Ita offenderat Amphilochius in Christi verbis πωλήcατε τὰ ὑπάρχοντα καὶ δότε πτωχοῖc κτέ.; quem non recte offendisse, sed in eodem errore versari atque Iulianum apostatam exposuit Photius quaest. Amph. 101.[1]) Eadem est res in quaestione 109.[2]) Atque ad disputandi studium accessit excerpendi industria. Si minus triginta, at certe viginti libris constabat Cyrilli operis Iulianei refutatio. Haud facile igitur a recta via aberrabimus, si Photii librum statuemus fuisse Cyrilliani operis epitomen. Quod si statuimus, negare non cogimur de suo quaedam Photium adiecisse. Sic vituperatio sacrorum Cain et Abel a Iuliano facta reprobatur a Photio in quaestione 109 p. 650 B ad 652 A (ed. Hergenroether) ita, ut omnia ex Cyrilli opere p. 347 sqq. sint deprompta praeter ea, quae 650 C inveniuntur a Photio adiecta. Quamquam refutaretur mea sententia qua dixi in angustum Cyrilli libros Photium coegisse, si tota quaestio Amph. 101 ex refutatione librorum Iuliani esset deprompta. Quae cum in editione Migniana inveniatur a p. 616 D ad 633 B: statuendum inde esset copiosiorem ne Cyrilli quidem fuisse defensionem. Verum enimvero haec sunt Photii verba p. 617 A: ἃ γοῦν ἐν τοῖc πρὸc ἐκεῖνον (sc. Ἰουλιανὸν) εἶπον καὶ ὧν ἡ μνήμη τὴν cωτηρίαν ἔχει, τοῦτο δή coι ἀναγράφων κτέ. Ergo refutationem suam Photius hoc loco non exscripsit, sed eas res litteris mandavit, quarum scribenti in mentem venit; nisi forte, cum in Amphilochiis omnes quaestiones uberrime et verbose tractaret, ipsum Cyrilli adhibuit opus. Quod evolvere iam debebat, ut ad notitiam veniret sententiarum Iuliani. Abicienda enim est Oeconomi, qui a. 1858 Athenis quaest. Amph. edidit, sententia[3]) censentis etiam Photii temporibus superstites fuisse Iuliani libros; id quod numquam coniecisset, si memor fuisset verborum Ioannis Chrysostomi iam saepius a nobis allatorum. Habemus autem compertum Cyrilliani operis exemplar servatum esse in bibliotheca patriarchei Constantinopolitani. Cf. extrema verba fragmenti undecimi Cyrilliani, quod exstat apud Mansium, sacr. conc. nova coll. XI. p. 409 D sqq. Iam vero de

1) ed. Hergenroether (Patr. Gr. cur. Migne vol. CI.).
2) ed. Hergenroether.
3) p. 168 adn. 6.

tempore refutationis a Photio scriptae nil adfirmare possumus, cum ne quaestionum quidem Amph. tempus notum sit.

Romanum neminem cognovimus ad redarguendos Iuliani libros accessisse. Soli in mentem eius rei venerat **Hieronymo**, qui in epistula LXX. ad Magnum data ed. Vallarsi[2] I 427 E: „Iulianus Augustus" inquit „septem libros in expeditione Parthica adversum Christum evomuit. Si contra hunc scribere tentavero, puto, interdices mihi" etc. Quo loco quamquam Hieronymus aperte non dicit contra libros Iuliani se scripturum esse, librorum tamen procul dubio spectavit refutationem, cum antea de libris egisset apostatae. Cuius consilii auctor fortasse exstiterat Apollinaris Laodicenus, Hieronymi magister, qui oderat Iulianum. Iam vero utrum consilium persecutus sit Hieronymus necne ignoramus.

Omnes de quibus usque adhuc egimus scriptores redarguere studuerunt Iulianum; restituendis e Cyrilli opere deperditis ipsius libris saeculo proximo operam navavit **Dargensius**. Verum is utinam maiorem adhibuisset diligentiam, utinam linguae Graecae fuisset peritior! Neque enim quicquam fecit nisi quod exscripta ex editione Aubertiana in unum congessit ea Iuliani fragmenta, quae in decem Cyrilli libris ita exstant, ut litteris maiusculis iis praemittatur vox Iuliani. Adiecit autem interpretationem Francogallicam, quae qualis sit verbis dici nequit. Ita factum est, ut ne minimam quidem utilitatem ex eius libro percipere possem. Qui Berolini primum prodiit anno 1764 ita inscriptus: Défense du paganisme par l'empereur Iulien, en Grec et en François etc. Par Mr. le Marquis D'Argens etc. 2 voll. 8°. Altera editio est anni 1767. Tertiam mihi comparare non potui. Quae auctore Alfonso Muecke (de vita Iuliani II p. 343) publici iuris facta est anno 1768 remotis Graecis Iuliani fragmentis ita inscripta: Discours de l'empereur Iulien contre les Chrétiens. Avec de nouvelles notes de divers auteurs.

---

## Caput II.

### De Iuliani libris restituendis.

Fragmentorum Iuliani pars longe maxima servata est in Cyrilli Alex. contra Iulianum libris; nonnulla exstant in Theodori Mopsuesteni reliquiis, in Hieronymi Photii Suidae libris, sed eorum ne unum quidem amplitudine aequat pleraque Cyrilli. Atque de argumentandi ratione qua usus est Iulianus ut certius possimus iudicare, digerere oportet et recte inter se coniungere quae in unum contulimus fragmenta. Initium autem capiat dissertatio a duabus quaestionibus, altera quot libris constiterit Iuliani opus contra Christianos scriptum, altera quomodo eos ipse inscriptos esse voluerit.

Ac de numero librorum Iuliani duobus agitur locis, altero Hieronymi, altero Cyrilli. Atque Hieronymus quidem in epistula ad Magnum data (Hieronym. ed. Vallarsi[2] vol. I. p. 427 E): „Iulianus" inquit „Augustus septem libros in expeditione Parthica adversus Christum evomuit." Cyrillus contra Alexandrinus trium modo meminit librorum in acclamatione ad religiosissimum imperatorem Theodosium, quam praefationis loco posuit in fronte librorum suorum, quibus impugnavit Iulianum. Sunt autem haec ipsius verba p. 3 D Aub. Ἔχων τοίνυν εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν κατέθηξεν αὐτὴν τοῦ πάντων[1]) ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας. In antiquissimo sane qui exstat Cyrilli codice Marciano 123 saec. XIII. librorum numerus omnino non agitur; sed lacunae in eo inveniuntur multae et ipsa de quibus agimus Cyrilli verba etiam altero loco tradita sunt in eo corrupta. Scripta

1) κατὰ τοῦ πάντων Aub. τοῦ πάντων cod. Marc. 123 saec. XIII. et Michael Glycas p. 470 Bonn.

enim sunt ita: καὶ δὴ συγγέγραφαι βιβλία, ubi συγγέγραφαι mendose scriptum esse pro συγγέγραφε nemo non videt. Exstabat autem librorum numerus in codice vetustissimo Capnionis, cuius verba ita vertit Oecolampadius f. 1b: 'et tres conscripsit libros adversus sancta Evangelia' etc. Huc accedit quod vox τρία non desideratur, ubi haec Cyrilli verba a Michaële Glyca laudantur p. 470 Bonn.[1]) Neque parvi aestimandam esse eius auctoritatem inde efficitur, quod annales eius prius compositi sunt quam scripti Cyrilliani operis codices qui ad nostram pervenerunt aetatem ad unum omnes, et quod deprompsisse eum Cyrilli verba ex optimae notae codice intellegitur ex scriptura ea, quam supra adnotavi dissentientem a scriptura quam vocamus vulgata, consentientem cum cod. Marciano 123. Ergo dubitandum non est, quin re vera trium modo Iuliani librorum mentionem fecerit Cyrillus. Iam vero quaestio orta est, utri fides sit habenda, Hieronymo an Cyrillo. Quam cum in dubio reliquisset Spanhemius, qui in praefatione editionis suae operum Iuliani p. 47 de ea re disseruerat, Fabricius ita solvit vel solvisse videbatur, ut sententiam suam omnibus probaret, qui post eum paullo accuratius de Iuliani libris egerunt. Protulit autem Fabricius coniecturam suam in bibl. Graec. vol. VI[4]. p. 738 sq. Atque secutus Hieronymum constitisse censet opus Iuliani libris septem atque ex iis tres sacris evangeliis oppositos decem libris Theodosio iuniori imperatori dicatis confutatos esse a Cyrillo Alexandrino. Atque eos quidem fuisse ἀνατροπὴν illam τῶν εὐαγγελίων, cuius mentionem fecerint Theophanes et Cedrenus. Sed Cedrenum ut mittamus, qui ex Theophane sua hausit:[2]) ne Theophanis quidem verba ullius sunt momenti, cum auctor eius sit ipse Cyrillus. Sunt autem Theophanis haec p. 80, 13 sqq. Bonn.: ἀνατροπὴν δὲ

1) Non discrepat scriptura Michaëlis Glycae codicis Marciani 402 saec. XIII. scripti, quem a Bekkero praetermissum ipse Venetiis inspexi.

2) Cedreni p. 537, 14 sqq. Bonn. verba sunt haec: οὗτος ὁ δυσσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων ἀνατροπὴν ἔγραψεν, ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι ἐπηνωρθώσαντο. Quo loco ex memoria adiecit καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι neque minus ea quae sequuntur καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῦ διέβαλον, ὑπὸ δὲ ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοθεύματα (scr. νωθεύματα), nisi forte quae Theophanes l. l. de Porphyrio attulit, ex libidine mutavit.

'Ιουλιανὸς ὁ δυσσεβὴς ἔγραψε τῶν θείων εὐαγγελίων, ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας ἐν ἐξαιρέτῳ πραγματείᾳ λαμπρῶς ἐπανέτρεψεν. Cyrilli autem haec p. 3 D: καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, quorum partem mutuatus est, neglexit partem Theophanes. Ex Cyrilli autem verbis intellegi non potest cognovisse eum 'alios Iuliani quattuor libros, quibus alia sacra volumina videretur ille calumniatus esse'.[1]) Quos ignorasse Cyrillum si exstabant nemo sanus adfirmabit. Quos si cognovit non potuit non refutare, si re vera id assequi voluit quod sibi se proposuisse p. 4 autumavit. Dixit enim aggressum se esse opus suum scribere, quod multi pagani, ut Christianam religionem suo iure respuere viderentur, niterentur Iuliani libris. Num vero tam stupidus erat Cyrillus, ut in mentem ei non veniret minime fore, ut solis tribus refutatis Iuliani libris reliquos quattuor in usum suum conferre pagani desinerent? Neque quicquam efficitur ex Fabricii coniectura nisi non legisse eum decem Cyrilli contra Iulianum libros. Quibus re vera refutatur pars Iuliani librorum ea, qua minime in censuram ille vocaverat evangelia. Neque enim ita multum a vero aberravit Bessario, quem diligenter perlustrasse Cyrilli libros demonstrant scholia quae ipse adscripsit margini codicis sui nunc Marciani 123. In cuius folio 153b inveniuntur haec in fine decimi libri ipsius Bessarionis manu exarata: ταῦτα δὲ (sic) εἰ-ιν τῶν κατὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἰουλιανοῦ λόγων ἀντιρρήσεις μόνον. τὰ γὰρ πρὸς τὰ κατὰ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου εἰρημένα, οὐχ εὕρηταί πω. Quod si reliquis libris nunc deperditis refutabantur ea, quae contra evangelia Iulianus disputaverat: eo opere, cuius decem consumebantur libri ad alia eiusdem crimina defendenda, nihil aliud sibi proposuisse Cyrillum nisi ut redargueret ἀνατροπὴν εὐαγγελίων nemini persuadebit Fabricius. Alio modo difficultatem tollere studuit Teuffelius, cuius coniectura invenitur in libri ab Augusto Pauly editi, qui inscribitur 'Realencyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft' vol. IV. p. 416. Fieri enim potuisse dixit, ut, cum duobus modis in libros discriptum esset Iuliani opus, alteram divisionem spectaret Cyrillus, Hieronymus alteram. Iam vero cum quarto p. C. n. saeculo librorum

1) Fabric. l. l.

divisiones ab iis ipsis profecti essent qui eos composuerant, censuit sine dubio Teuffelius ipsum Iulianum duobus modis opus suum discripsisse. Putavit fortasse ita distributos esse eius libros, ut cum argumenti vinculo et communi inscriptione inter se coniuncti essent libri tres et bis bini aut bis ternis ita iunctis restaret singularis, tria efficerentur corpora, quorum librorum summa aequaret numerum ab Hieronymo relatum. Quae coniectura niti posset ipsius Iuliani testimonio, qui p. 261 E [1]) laudat δεύτερον suum cύγγραμμα, si vox cύγγραμμα eo tempore quo scripsit Iulianus nihil aliud nisi quod antiquioribus temporibus significasset. Cuius vis quae initio, quae postea fuerit cum ne in Stephani quidem thesauro exponatur, hoc loco paullo accuratius in eam mihi inquirendum est. Nota omnibus sunt Thucydidis verba, quibus libros suos inauguravit haec: Θουκυδίδηc Ἀθηναῖοc ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννηcίων καὶ Ἀθηναίων ὡc ἐπολέμηcαν πρὸc ἀλλήλουc. Voce igitur cυγγράφειν de totis operibus utebantur qui tunc fuerunt homines neque alio modo uti poterant, cum nondum moris esset singula opera in plures libros dividere. Quod ubi factum est, opus etiam erat nomine, quo significarentur singulae operis alicuius partes. Ita factum est ut voces βίβλοc et βιβλίον promiscue adhiberentur ut significarentur et tota opera et singulae eorum partes. Id quod posterioribus temporibus etiam in voce cύγγραμμα usu venisse iis demonstrabo exemplis, in quae forte fortuna incidi. Origenis contra Celsum VII 1: Ἐν ἓξ τοῖc πρὸ τούτων — ἀγωνιcάμενοι — βιβλίοιc πρὸc τὰc Κέλcου κατὰ Χριcτιανῶν κατηγορίαc, — ἀρχώμεθα καὶ ἑβδόμου cυγγράμματοc κτέ. Herodiani ab exc. divi Marci III 1, 1: Τὸ μὲν δὴ Περτίνακοc τέλοc — ἐν τῷ πρὸ τούτου cυγγράμματι δεδήλωται. V 1, 1: Ὅπωc μὲν δὴ ὁ Ἀντωνῖνοc ἦρξέ τε καὶ ἐτελεύτηcε, δεδήλωται ἐν τῷ πρὸ τούτου cυγγράμματι. Eusebius contra Hieroclem p. 428 (Philostratus ed. Kayser I p. 369) τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῷ (sc. Ἱεροκλέουc) Φιλαλήθει — ἀνατέτραπται καὶ προαπελήλεγκται ἐν ὅλοιc ὀκτὼ cυγγράμμαcι τοῖc Ὠριγένει γραφεῖcι κτέ. Theodoretus Graec. aff. cur. II. p. 81, 9 G τὰ Μωυcέωc τοῦ μεγάλου cυγγράμματα memorat. Idem p. 97, 3 G

---

1) Ubi haec inveniuntur in margine codicis Marc. 123: C̄η (i. e. cημεῖον) ὅτι καὶ δευτε΄ .βιβλίον ὁ ἀλιτε΄ (i. e. ἀλιτήριοc) ἔγραψε. καὶ ζητέον (sic) καὶ τὰc πρὸc αὐτὸ τοῦ πρc΄ ἀντιρρήcειc.

ἐν τοῖς Εὐσεβίου τοῦ Παλαιστίνου ξυγγράμμασιν, εὐαγγελικὴν δὲ προπαρασκευὴν τόνδε τὸν πόνον ἐκεῖνος ὠνόμασεν. De integris autem operibus etiam inferioribus temporibus vocem σύγγραμμα saepissime adhibitam esse nemo nescit. Ea vis si etiam Iuliani tempore sola fuisset, grave esset eius testimonium p. 261 E editum, quod nunc nihil valet ad quaestionem diiudicandam. Ergo ne hoc quidem loco niti potest artificiosa Teuffelii coniectura, cui aliam rem impedimento esse ostendam. Totum enim Iuliani opus Cyrillum refutare voluisse Teuffelius nec negavit nec negare potuit. Neque decem libris qui supersunt aliud quicquam impugnasse eum nisi primum Iuliani librum infra videbimus. Ergo aut septuaginta libros contra Iulianum scripsisse Cyrillus esset statuendus aut libris undecimo sqq. ei brevitati studuisse, quam neque in decem prioribus libris neque usquam alibi sequebatur. Sed discrepantia illa quae est inter Hieronymum et Cyrillum aliquo modo est solvenda. Quae ne librarii quidem errore orta esse potest. Quem statuere non dubitarem, si in sola epistula LXX. ad Magnum data (I p. 427 Vall.[2]) septem Iuliani librorum mentionem fecisset Hieronymus. Sed etiam alio loco, quem neglexerunt usque adhuc viri docti, septimi libri Iulianei meminit. Haec enim inveniuntur in ipsius commentariorum in Osee l. III. c. XI. (VI p. 123 C Vall.[2]): 'Hunc locum (Osee XI 1) in septimo volumine Iulianus Augustus quod adversum nos, id est, Christianos evomuit, calumniatur' etc. Quibus verbis vetamur procul dubio in epistula ad Magnum data signum VII mutare in III. Neque tamen desperandum est de tollenda difficultate. Infra enim ostendemus a Socrate h. e. III 23 afferri quaedam tamquam ex tertio Iuliani libro deprompta, quae quin in primo exstiterint dubium non est; in errorem autem Socratem eo adductum esse, quod non ipsos Iuliani libros adhibuit, sed Cyrilli refutationem, in cuius tertio libro refutantur Iuliani verba a Socrate allata. Eodem modo Hieronymum errasse statuo. Neque enim ipsum Iuliani opus videtur inspexisse, sed refutationem quandam septem libris absolutam, aut Theodori Mopsuesteni aut Philippi Sidetae. Septimo igitur Iuliani libro ea tribuit verba, quorum in septimo refutationis exstabat vituperatio. Etsi septem libris confectum erat opus quod scripserat Christianae religionis defensor, totidem inimicum consumpsisse opinabatur.

Iam ad alteram quaestionem tractandam accedamus, quomodo

libros suos inscripserit Iulianus. Quorum inscriptionem non inveniri in Cyrilli verbis p. 3 D Aub. καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας vel inde efficitur, quod verba ἁγίων et εὐαγοῦς loqui hic Cyrillum luculentissime demonstrant. Neque vero quicquam nos prohibet statuere κατὰ Χριστιανῶν λόγοι fuisse operis inscriptionem, quae videtur esse efficienda ex Cyr. p. 39 A ἄρχεται τοίνυν τοῦ καθ' ἡμῶν λόγου. Neque enim quicquam interest verborum Socratis h. e. III 1 καὶ τοὺς κατὰ Χριστιανῶν λόγους συνέγραψε et h. e. VII 27, cum ex Cyrillo hausisse videatur operis Iulianei notitiam. Sed crediderit forte quispiam aliam inscriptionem esse efficiendam ex Theodoro Mopsuesteno et ex ipsorum librorum argumento. Ita enim constituimus ea verba, quae in codice Corsiniano praemittuntur Theodori fragmentis ex ipsius refutatione librorum Iuliani haustis: Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῶν πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Atque iudiciali dicendi genere usum esse Iulianum in libris suis, quos scripsit contra Christianos et ex inquirendi ratione intellegitur, quam eum adhibuisse unusquisque ex fragmentis persuadere sibi potest, et ipse pronuntiavit in operis sui prooemio p. 41 E apud Cyr. Haec enim sunt ipsius verba: μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων δογμάτων ἁπάντων ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἐκεῖνο βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν μηδὲ, τὸ λεγόμενον, ἀντικατηγορεῖν, ἕως ἂν ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς ἀπολογήσωνται. Ἄμεινον μὲν γὰρ οὕτω καὶ σαφέστερον ἰδίαν μὲν ἐνστήσασθαι πραγματείαν, ὅταν τι τῶν παρ' ἡμῖν εὐθύνειν θέλωσιν· ἐν οἷς δὲ πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν εὐθύνας ἀπολογοῦνται, μηδὲν ἀντικατηγορεῖν. Praeterea autem si meminerit ille inveniri haec in Cyrillo p. 39 A: ἄρχεται τοίνυν τοῦ καθ' ἡμῶν λόγου; p. 38 E: ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλείστων μὲν ὅσων ἐννοιῶν ἔρχεται; p. 38 E: τοὺς τῆς ἀντιρρήσεως λόγους ἀποφήνειεν ἂν οὐκ ἐν κόσμῳ τάχα που γεγενημένους etc. etc., hanc fortasse statuet fuisse operis Iulianei inscriptionem: Ἰουλιανοῦ Αὐτοκράτορος κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας λόγος πρῶτος (δεύτερος, τρίτος). Cui tunc assentiri non dubitarem, si Theodori verba non essent πρὸς τὰς κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας, sed πρὸς τὴν κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίαν.

Ita autem Theodorus in constituenda refutationis suae inscriptione non statuendus est ipsorum Iuliani librorum titulos respexisse, nisi ita conformati erant: Ἰουλιανοῦ Αὐτοκράτορος κατὰ Χριστιανῶν κατηγοριῶν λόγος α΄, β΄, γ΄. Quos ita non fuisse inscriptos, inde elucet, quod dissonae sunt voces in easdem litteras cadentes Χριστιανῶν κατηγοριῶν. Ergo dubitandum esse non videtur de inscriptione initio a nobis constituta.

Iam vero verbo tenus sese attulisse Iuliani verba ipse Cyrillus pronuntiavit p. 38 C: ἐκτιθέμενοι δὲ τοὺς στίχους ἐπὶ λέξεως αὐτῆς ἀντεποίσομεν τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι ταῖς ἐκείνου καταρρήσεσιν. Nonnulla autem profitetur sese omisisse, gravissima scilicet Iuliani in Christum convicia, quae ne legere quidem quisquam posset quin labes ei adspergeretur. Eodem enim loco iis quae modo attuli verbis adiecit haec: Ἐπειδὴ δέ, ὥς ἔφην, ἀπύλωτον ἀνοιγνὺς τὸ στόμα πλείστην ὅσην πεποίηται τὴν συκοφαντίαν κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ καὶ παλιμφήμους ῥίπτει κατ' αὐτοῦ φωνάς, τῶν μὲν τοιούτων οὐ διαμεμνήσομαι. παρελάσας δὲ καὶ μάλα ἐμφρόνως τὰ δι' ὧν ἄν τις καταμιαίνοιτο, κἂν εἰ μόνον ταῖς αὐτοῦ προσβάλλοι φωναῖς, τοῖς ἀναγκαίοις ἀνταναστήσομαι. Inveniuntur autem in fragmentis a Cyrillo servatis quaedam, in quibus gravissima in Christum fiunt convicia; ergo haud ita magnam esse operis Iulianei partem censeo, quam hac causa permotus omiserit Cyrillus; atque exstitisse quae omisisset maximam partem in iis Iuliani libris, qui undecimo libro sqq. refutabantur. In iis enim quae decem prioribus libris Cyrillus redarguere studebat, ne potuisse quidem Iulianum multa de Christo verba facere ex iis quae de operis Iulianei consilio continuo disputabimus apparebit.

Ac servatum esse prima Cyrilli decade primum Iuliani librum argumentis his ostenditur.[1]) Praemittuntur primo Iuliani fragmento haec Cyrilli p. 39 A: ἄρχεται τοίνυν τοῦ καθ' ἡμῶν λόγου καί φησι. Neque invenitur in iis quae servata exstant fragmentis locus quo transitum fieri ad alterum librum perspiciatur. Accedit quod p. 261 E Iulianus ad ea lectores reicit, quae in altero libro ex-

1) Id quod recte iam animadvertit Ellies Du Pin, nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques. 1690. III 2 p. 112: 'il paroît qu'il n'a refuté que son premier livre'; neque tamen quod contendit argumentis firmare studuit.

positurus sit. Neque tamen quicquam probarent haec quae modo attuli argumenta, nisi talia essent Iuliani fragmenta a Cyrillo nobis servata, ut eis coniunctis perpetua quaedam efficeretur oratio; neque enim sunt talia, qualia poetarum scaenicorum Graecorum et Latinorum aliorumque scriptorum fragmenta apud varios scriptores passim laudata, sed totus fere liber commode ex iis restitui potest. Indicavit autem ipse Iulianus (apud Cyr. 42 E sq.), quam argumentandi rationem in primo libro observasset. Sunt enim haec eius verba: Μικρὸν δὲ ἀναλαβεῖν ἄξιον, ὅθεν ἡμῖν ἥκει καὶ ὅπως ἔννοια θεοῦ τὸ πρῶτον, εἶτα παραθεῖναι τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὑπὲρ τοῦ θείου λεγόμενα, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανερέσθαι τοὺς οὔτε Ἕλληνας οὔτε Ἰουδαίους, ἀλλὰ τῶν Γαλιλαίων ὄντας αἱρέσεως, ἀνθ' ὅτου πρὸ τῶν ἡμετέρων εἵλοντο τὰ παρ' ἐκείνοις, καὶ ἐπὶ τούτῳ, τί δήποτε μηδ' ἐκείνοις ἐμμένουσιν, ἀλλὰ κἀκείνων ἀποστάντες ἰδίαν ὁδὸν ἐτράποντο. Quibus verbis normam nobis dedit Iulianus, a qua nusquam recedendum est. Cuius semper memores esse debemus, cum in primo libro refutando non eundem ubique atque Iulianum sese observasse ordinem et Iuliani quaedam alio loco posuisse atque in ipsius libro exstabant ipse Cyrillus profiteatur. Pagina enim 38 D sq.: ἰστέον μέντοι, inquit, κἀκεῖνο· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλείστων μὲν ὅσων ἐννοιῶν ἔρχεται ἄνω τε καὶ κάτω τὰ αὐτὰ περιστρέφων καὶ ἀνακυκλῶν οὐ παύεται· καὶ ὅπερ ἂν ἐν ἀρχαῖς εὑρίσκοιτο λέγων, τοῦτο καὶ διὰ μέσου καὶ τοῖς τελευταίοις ἐκτιθεὶς[1]) τοὺς τῆς ἀντιρρήσεως λόγους ἀποφήνειεν ἂν οὐκ ἐν κόσμῳ τάχα που γεγενημένους.[2]) πᾶσα γάρ πως ἀνάγκη τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις φιλονεικεῖν ᾑρημένους οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀειλογοῦντας ὁρᾶσθαι. διελόντες τοίνυν ἐν τάξει τινὶ[3]) πρεπωδεστέρᾳ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον καὶ τὰς ἐν αὐτῷ διανοίας συνενεγκόντες κατ' εἶδος οὐχ ἑκάστην πλειστάκις, ἀποχρώντως δὲ ἅπαξ καὶ ἐντέχνως ὑπαντήσομεν.[4]) Ac plerumque eum ordinem mutavisse initio primi libri continuo videbimus. Ea sane fragmenta, quibus totius operis constitit prooemium attulit ordine non mutato. Atque exordiri

1) ἐκτιθεὶς Marc. 123. ἐντιθεὶς Aub.
2) Ita Marc. 123. γεγεννημένους Aub.
3) ἐν τάξει τινὶ scripsi. ἐν τάξει τῇ Marc. 123 et Aub.
4) Marc. 123. ὑπαντήσωμεν.

opus suum Iulianum fragmento 39 A sq. ipse Cyrillus indicavit verbis his p. 39 A: ἄρχεται τοίνυν τοῦ καθ' ἡμῶν λόγου καί φηcι. Quod sequitur fg. p. 41 E sq. Optime enim Iulianus cum dixisset causas sese expositurum, quibus permotus fraudem esse censeret Christianam religionem, quo modo se gererent lectoribus pronuntiavit. Quae ubi explanavit fg. p. 42 E sq. indicat operis sui consilium iis quae modo attulimus verbis. Primum paucis se repetiturum, unde et quomodo hominibus primum in mentem venerit Dei notitia. Deinde sese comparaturum Graecorum et Iudaeorum de deo sententias. Tum sese interrogaturum Christianos, cur, cum relictis Graecorum doctrinis in Iudaeorum partes transiissent, ne in eorum quidem sententiis et victu perseverarint, sed novam religionem composuerint pessima quaeque quae et apud Graecos et apud Iudaeos reperirentur in usum suum conferendo. Atque hoc quidem loco terminatur prooemium.

Ex prima autem disputationis parte quicquam nobis servatum esse negavit libri, quem initio dissertationis meae laudavi, p. 98 etiam Rodius ceteroquin diligentissimus. Exstant autem p. 52 BC duo Iuliani fragmenta, quae separantur lacuna ab ipso Cyrillo verbis καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν indicata, quorum altero dei notitiam hominibus natura datam esse exponitur, altero quantum valeat caelum in hominum de deo sententiis. Ergo dubium esse non potest, quin deprompta sint haec fragmenta ex prima dissertationis parte. Cuius initium nobis servatum esse non videtur, cum vox τοῦτο in fragmenti p. 52 B allati verbis ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύcει τοῦτο τοῖc ἀνθρώποιc ὑπάρχει spectet aliquid quod praemissum erat; verba scilicet τὸ εἰδέναι θεόν. Grammatica nisi intercederet ratio, nihil prohiberet nos putare initium cepisse primam dissertationis partem ab eo cuius mentionem modo feci fragmento. Cui quae sententia praemitti potuerit equidem ignoro. Iam vero antecedunt Iulianeis haec Cyrilli verba: διιcχυρίζεται μὲν γὰρ (sc. Ἰουλιανόc) ὡc ἀδίδακτόν τι χρῆμα καὶ αὐτομαθέc ⟨ἐcτιν⟩[1]) ἀνθρώποιc τὸ εἰδέναι θεόν· φηcὶ δὲ οὕτωc· —. Quae Cyrillus cum scripsisset, non potuit non mutare Iuliani verba, si loco verbi τοῦτο inveniebantur verba τὸ εἰδέναι θεόν. Quae censeo subroganda esse in locum vocis τοῦτο. Quod si statueris, causa non est, cur initium cepisse neges

1) Vocem ἐcτιν equidem adieci.

Iuliani dissertationem a verbis his: ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύσει τὸ εἰδέναι θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχει κτέ. Iam vero post verba quaedam non servata sequitur alterum fragmentum, quo omnes homines natura cum caelo coniunctos esse contenditur. Quod fragmentum cum antea non notum fuerit, non miror ne id quidem fragmentum in prima parte positum esse, quod invenitur p. 69 B sq. Quod si coniungere studueris cum iis Iuliani verbis, quae in Cyrilli refutatione antecedunt p. 65 A sqq., frustra laboraveris. Quod si secutum esse censes fg. 52 B sq., omnia recte nunc procedunt. Quo fragmento natura omnes homines cum caelo coniunctos esse contenderat Iulianus. Nonne optime perrexit p. 69 A: τί δεῖ μοι καλεῖν Ἕλληνας καὶ Ἑβραίους ἐνταῦθα μάρτυρας; οὐδεὶς ἔστιν ὃς οὐκ ἀνατείνει μὲν εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας εὐχόμενος, ὀμνύων ⟨δὲ⟩ θεὸν ἤτοι θεοὺς, ἔννοιαν ὅλως τοῦ θείου λαμβάνων, ἐκεῖσε φέρεται et quae sequuntur in eandem sententiam dicta? Atque etiam ex verbis ἔννοιαν ὅλως τοῦ θείου λαμβάνων colligendum est depromptum esse hoc fragmentum ex prima dissertationis parte; eodem modo quo verba οὐρανὸν — θεοῦ θρόνον ὑπέλαβον coniungendum id esse cum fg. 52 B sq. haud dubie demonstrant. Itaque sic constituenda videtur libri primi prima pars: fg. 52 B. Lacuna. fg. 52 BC. fg. 69 B sqq. Neque licet nos mirari tam brevi eam spatio confici; ipse enim dixerat Iulianus paucis sese repetiturum esse, quomodo orta sit dei notitia (42 D μικρὸν δὲ ἀναλαβεῖν ἄξιον, ὅθεν ἡμῖν ἥκει καὶ ὅπως ἔννοια θεοῦ τὸ πρῶτον).

Iam nunc ad alteram partem restituendam transeamus, qua comparavit Iulianus Graecorum et Iudaeorum de rebus divinis sententias. Ubi a recta via ne aberremus, ne obliviscamur Iulianum, cum assecla esset philosophiae quam vocamus neoplatonicae, prorsus reiecisse fabulas, quas de dis poetae narraverant, toto pectore deditum fuisse philosophiae. Fabulas autem Graecorum quae vehementissime a Iudaeis et Christianis vituperabantur, exspectare debebat ipse sibi exprobratum iri, si iis neglectis philosophiam modo Platonicam comparasset cum Iudaeorum religione. Fabularum igitur mentionem facere debebat neque aliter sine detrimento poterat, nisi ut ipsorum quoque Iudaeorum doctrinam minime vacare fabulis ostenderet aeque atque Graecorum detestandis Quod postquam demonstraverat, tunc demum transire poterat ad

comparandam cum Iudaeorum theologia Platonis philosophiam. Quod si mecum statuis, non mihi adversaberis, si incepisse contendo Iulianum alteram disputationis partem a fragmento p. 44 A sq.: Οὐκοῦν Ἕλληνες μὲν τοὺς μύθους ἔπλασαν ὑπὲρ τῶν θεῶν ἀπίστους καὶ τερατώδεις κτέ. Quid autem sibi vult particula οὐκοῦν? Cuius vim hoc loco si esse statuis eandem atque particulae latinae 'igitur', quo sententiae vinculo coniungatur fragmentum 44 A sq. cum fragmento 69 B sqq., prioris partis ultimo, equidem dicere non possum. Potest autem particula οὐκοῦν etiam idem significare atque 'sane', vernacula lingua 'doch freilich', 'allerdings'; atque eam vim hoc loco stastuendam esse censeo. Fragmento enim 69 B sqq. exposuerat Iulianus rectissime homines sentire, si divinum honorem tribuerent caelo. Attulerat igitur sententiam laude dignam. Iam vero 'fabulas sane' inquit 'fingunt Graeci de dis eas quae credi non possint'. Ergo optime cohaerent Iuliani verba cum iis, quae praemissa esse statui. Nunc vero quaestio est, quae secuta sint fragmentum 44 A sq. Atque Dargensius coniecit secutum esse fragmentum 49 A sqq. Cuius sententia eo non commendatur, quod coactus est lacunam statuere. Adiecit enim interpretationi suae Francogallicae verba haec: 'examinons ce qu'ont dit les législateurs et les philosophes'. Et in adnotatione animadvertit: 'J'ai ajouté cela au texte pour lier le sens, qui paroît ici un peu interrompu'. Quod etiamsi largiamur: minime id egit Iulianus, ut compararet Graecorum fabulas cum philosophorum doctrinis. Huc accedit, quod fg. 49 sqq. conferuntur Platonis et Mosis sententiae. Ergo prorsus reicienda est Dargensii coniectura. Neque vero quicquam vituperari posse puto, si secutum esse censes fragmentum p. 75 A sq. Extrema enim fragmenti 44 A sq. verba fuerant haec: τοιαῦτα οἱ μῦθοι τῶν Ἑλλήνων φασίν. Quae excipiuntur verbis fragmenti 74 A sq. primis: τούτοις παράβαλλε τὴν Ἰουδαϊκὴν διδασκαλίαν etc. Neque repugnat huius fragmenti argumentum. Quo cum de mulieris creatione verba fecisset Iulianus, adiecit ταῦτα γάρ ἐστι μυθώδη παντελῶς. Et in fragmento 86 A, quod excepisse fg. 75 A sq. ipse Cyrillus testis est,[1]) exstant haec: καὶ τί διαφέρει τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι πεπλασμένων μύθων τὰ τοιαῦτα; Eadem igitur usus est

---

1) 85 E προσεπάγει δὲ οἷς ἔφη (Marc. 123 et Aub. ἔφην, 'dixi' Oecol.) καὶ ἕτερα ἄττα συνείρων εὐθὺς ὁ πάνσοφος Ἰουλιανός.

argumentandi ratione; quam solam potuit adhibere. Atque fragmentis 75 A sq. 86 A. 89 A sq. 93 sqq. agitur de rebus in paradiso gestis, quas omnes fabulosas esse ostendere studet Iulianus. Quod igitur etiam per se veri simile videtur, horum fragmentorum aliud alio excipi, ipsis Cyrilli verbis probatur. Fragmento enim 89 A sq. haec praemisit verba p. 88 E: διαπεράνας δὲ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν τὸν ἐπὶ τῷδε (sc. de serpente quae in paradiso fuit, de qua egerat fg. 86 A) λόγον, καταneανιεύεται πάλιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων καί φησι; fragmento autem 93 D sq. haec: cυμπέραcμα γὰρ ὥcπερ[1]) τῶν ἑαυτοῦ ποιεῖται λόγων ὁ φιλόcοφοc Ἰουλιανὸc οὕτω λέγων.[2]) Quae autem hoc loco disputat de deo nimis invido et malevolo, respondent iis quae fg. 44 A sq. de pessimis deorum moribus exposuerat, quales in fabulis Graecorum narrarentur. Itaque pro certo adfirmaverim hunc esse genuinum fragmentorum ordinem et sententiarum nexum. Redargueretur autem coniectura, si fides habenda esset Socrati, qui in h. e. III 23: λαβὼν γάρ τινα,[3]) inquit, ῥήματα (sc. Ἰουλιανὸc), ὅcα χρείαc ἕνεκεν οἰκονομικῶc ἐπὶ τοῦ θεοῦ καὶ[4]) ἀνθρωπικώτερον τέτακται καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐπιcυνείραc τέλοc ἐπιφέρει κατὰ λέξιν τάδε· Τούτων τοίνυν ἕκαcτον[5]) εἰ μὴ λόγοc ἐcτὶν ἀπόρρητον ἔχων τινὰ θεωρίαν, ὅπερ ἐγὼ νενόμικα, πολλῆc γέμουcιν οἱ λόγοι περὶ τοῦ θεοῦ[6]) βλαcφημίαc. ταῦτα μὲν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ κατὰ Χριcτιανῶν βιβλίῳ αὐταῖc λέξεcιν εἴρηκε. Inveniuntur autem Iuliani verba a Socrate allata apud Cyrillum p. 93 E sq. Ergo secundum Socratem deprompta sunt ea de quibus modo egimus fragmenta ex tertio Iuliani libro. Quod ne accipiamus impedimur imprimis fragmenti 75 A verbis τούτοιc παράβαλλε τὴν Ἰουδαϊκὴν διδαcκα-

1) ὥcπερ omisit Aub., exhibet Marc. 123. 'quodammodo' Oecol.

2) Quo in fragmento verba καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιφέρει πάλιν οἷc ἔφη Cyrilli esse, non Iuliani neminem adhuc vidisse valde mirum.

3) Secutus sum scripturam codicis Florentini alterius saec. X., littera M ab Husseyo signati.

4) καὶ adieci; fortasse non καὶ post θεοῦ, sed τε post ἀνθρωπικώτερον inserendum.

5) Comma post ἕκαcτον delevi.

6) Ita M. Husseyus alios codices secutus, quibus adiungendi sunt Marciani 339 saec. XIV. et 337 saec. XV. a me inspecti, scripsit περὶ αὐτοῦ.

λίαν, quae ex altera libri primi parte hausta esse apparet. Sed quomodo orta est discrepantia? Putemusne corruptum esse numerum a Socrate relatum? Estne scribendum πρώτῳ pro τρίτῳ? Cui coniecturae obstat Cassiodorii historia tripartita, in qua VII. cap. 2. latine versa leguntur Socratis verba. Atque etiam eo loco tertio libri fit mentio. Ergo brevissimo temporis spatio, quod erat inter Socratem et Cassiodorium, statuenda esset corruptela esse orta. Quod quamquam fieri omnino non potuisse dici nequit, admittendum tamen non est nisi extrema necessitate coactis. Hoc autem loco alia nobis praesto est excusatio. Num constat ipsos Iuliani libros evolvisse Socratem? Quid si sola usus est Cyrilli refutatione? Exstant autem Iuliani verba a Socrate allata in Cyrilli libro tertio. Ergo censeo Socratem Iuliani ea, quae Cyrilli libro tertio refutabantur, tertio contra Christianos libro temere tribuisse.

Post fragmentum 93 D sqq. ad aliam materiam tractandam transiisse Iulianum dicit Cyrillus p. 96 C: Μεθιστὰς δὲ πάλιν ἐφ' ἕτερα τῆς καθ' ἡμῶν σκευωρίας τὸν τρόπον, συγκρίνειν πειρᾶται τοῖς ἑαυτοῦ παναθλίοις δόγμασι τὰ Χριστιανῶν οὕτω λέγων. Atque ex verbo μεθιστάναι seu περιιστάναι mutatam significari materiam, dissolutum fragmentorum ordinem non item, etiam ex ceteris locis intellegitur, qui in Cyrilli libris reperiuntur. Sunt autem hi: μεθιστάναι p. 134 C, περιιστάναι p. 209 C, p. 249 C, quae idem valent ἀποκομίζειν τὸν λόγον 221 D et δι' ἑτέρας ὥσπερ ἵεται τρίβου 333 B. Transit autem Iulianus ad Graecorum et Iudaeorum doctrinas ita inter se comparandas, ut praeferendam esse Platonis philosophiam inde appareat. Incipit autem ita p. 96 C: ὑπὲρ δὲ ὧν ἐκεῖνοί τε ἀληθῶς [ὑπὲρ θεοῦ] δοξάζουσιν ἡμῖν τε ἐξ ἀρχῆς οἱ πατέρες παρέδοσαν, ὁ μὲν ἡμέτερος ἔχει λόγος ᾠδὶ τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου τούτου δημιουργόν. Ubi quid sibi velit vox ᾠδὶ equidem non intellego. Maximi autem momenti est, quod minime concessisse Iulianum, recte de mundi opifice sensisse Iudaeos ex reliquis alterius partis intellegitur fragmentis. Ergo dubium non est, quin medendum sit corruptelae eo, quod vocem ᾠδὶ mutamus in οὐδέ.[1]) Probatur haec coniectura aliis Iuliani verbis p. 49 D: οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐδὲ περὶ τοῦ προσεχοῦς τοῦ

1) Eodem modo in codice Vossiano 77 οὔου scriptum est pro ᾤου; cf. Iulian. ed. Hertl. p. 61, 4.

κόϲμου τούτου δημιουργοῦ πάντα διειλεγμένοϲ φαίνεται Μωυϲῆϲ κτέ. Reliquis autem fragmenti 96 C sq. verbis cum Iulianus sit conquestus Mosem de angelorum creatione nil nuntiasse, comparandam esse dixit Platonis doctrinam fragmento 49 A sqq.: ἐνταῦθα παραβάλωμεν, εἰ βούλεϲθε, τὰ τοῦ Πλάτωνοϲ. Atque argumentandi ordinem eum vult Iulianus esse, ut primum conferantur quae Moses et Plato de mundi creatione censuerint. Afferuntur igitur continuo et vituperantur Mosis verba, dein Platonis laudantur eo quod secutum esse statuo fragmento 57 B sq.: ὅ γε μὴν Πλάτων ἄκουε περὶ τοῦ κόϲμου τί φηϲιν. Quod integrum nobis non servatum esse Spanhemius eo indicavit, quod alio modo imprimenda curavit verba καὶ μεθ' ἕτερα ita, ut Cyrilli esse appareret. Id quod suo iure fecit. Nam verba πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα — μετ' αἰϲθήϲεωϲ sensu omnino carent, nisi adicitur γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. Neque tamen ideo putandus est Iulianus in medium protulisse omnia Platonis verba, quae exstant in Timaeo p. 28 B — 30 B, sed eodem modo quaedam omisisse, ut supra in allatis Mosis verbis. Id quod luculentissime inde apparet, quod p. 29 D Timaei oratio Socratis quibusdam verbis interrumpitur. Neque tamen cognoscere possumus, quae posuerit, quae omiserit Iulianus. Post μεθ' ἕτερα autem voces οὕτωϲ οὖν in εἰ fortasse non librarius, sed Cyrillus mutavit. Iam vero comparatis quae in universum Moses et Plato de mundi creatione disseruerant, fragmento 57 E sqq. conferuntur ea, quae de hominis creatione pronuntiaverant. Afferuntur Mosis verba et Platonis 57 E sqq. Intricata autem Platonis verba interpretatur Iulianus fragmento 65 A sqq.; id quod cum per se iam sit perspicuum, etiam Cyrilli verbis firmatur p. 65 A.: καὶ διατρανοῦν πειρᾶται, καθάπερ οὖν οἴεται, ϲαφῶϲ,[1]) ἣν ἐκ προϲώπου θεοῦ πεποιῆϲθαί φηϲι δημηγορίαν αὐτῷ (sc. τῷ Πλάτωνι).[2])

Iulianus ad finem cum perduxisset Platonis ac Mosis collationem, nunc ea repetivit, quae fg. 96 C sqq. dixerat et iis quae sequebantur fragmentis exposuerat, verbis his fg. 99 D sqq.: οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐδὲ περὶ τοῦ προϲεχοῦϲ τοῦ κόϲμου τούτου δημιουργοῦ πάντα διειλεγμένοϲ Μωυϲῆϲ φαίνεται, τήν τε Ἑβραίων καὶ

1) ϲοφῶϲ Aub. Marc. 123. 'sapienter' Oecol. ϲαφῶϲ scripsi.

2) Aub. adi. verba καί φηϲιν, Oecol.: 'et dicit', quae desunt in Marc. 123.

τὴν τῶν ἡμετέρων πατέρων δόξαν ὑπὲρ ἐθνῶν τούτων ἀντιπαραθῶμεν ἀλλήλαις. Continuo vituperat Iudaeorum sententiam credentium esse se delectum dei populum, cui consulat ille si minus soli at certe praecipue.[1]) Idem autem sensisse Iudaeorum prophetas, Iesum Nazarenum, Paulum ut ostendat profert eorum enuntiata. Ac primum quidem ea, quae ex vetere testamento deprompsit. Ac Cyrillus p. 100 C cum repetivisset Iulianum multa e sacra scriptura adlegasse, communicavit nobiscum ea ipsius verba, quae huius disputationis essent extrema. Neque vero inveniuntur in fragmento p. 99 D sqq. nisi loci ex vetere testamento hausti. Pagina autem 106 A sqq.[2]) Pauli quidem afferuntur dicta, ipsius Christi non inveniuntur. Ergo lacuna est statuenda inter fgg. 99 D sqq. et 106 A sqq.; omissa enim sunt prophetarum et Iesu Nazareni verba. Fg. autem 106 A sqq. ipsum sibi repugnare Paulum dicit Iulianus, cum in ep. ad Rom. data III. 29 Iudaeorum deum etiam paganorum esse contenderit. Sed cur Iudaeis ille, inquit, misit Mosem, prophetas, Christum, nobis nihil? Unde luce clarius demonstrari esse Iudaeorum deum non totius mundi dominum, sed solius Palaestinae. Hic omisisse se quaedam Iuliani indicat Cyrillus verbis καὶ μεθ' ἕτερα p. 106 D. Ubi inserenda esse censeo ea, quae iam supra memoravi a Cyrillo proferri p. 100 C. Quorum sane verborum prima paullum mutasse videtur Cyrillus, qui: εἶτα, inquit, τῶν ἑαυτοῦ λόγων ποιεῖται συμπέρασμα τὸ ὅτι προσήκει τὸν τῶν Ἑβραίων θεόν. Iam vero si omissis verbis omittendis 'τὸ ὅτι' post verbum προσήκει inserimus τοίνυν, Iuliani verba p. 106 D: εἰ γὰρ πάντων ἡμῶν ἐστι θεὸς καὶ πάντων δημιουργὸς ὁμοίως, εἰς τί περιεῖδεν ἡμᾶς; sine ulla difficultate excipiuntur his: προσήκει τοίνυν τὸν τῶν Ἑβραίων θεὸν οὐχὶ δὴ παντὸς κόσμου γενεσιουργὸν ὑπάρχειν οἴεσθαι καὶ κατεξουσιάζειν τῶν ὅλων, συνεστάλθαι δέ, ὡς ἔφην, καὶ πεπερασμένην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν ἀναμὶξ

1) P. 99 E exstant haec Iuliani verba: ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων καὶ μικρὸν ὕστερον. Quae pertinere videntur ad verborum quae antecedunt haec: τῶν δὲ ἄλλων ἐθνῶν ὅπως ἢ ὑφ' οἵστισι διοικοῦνται θεοῖς οὐδ' ἡντινοῦν μνείαν πεποίηται (sc. Μωυσῆς). Inveniuntur autem ea, ad quae nos reicit Iulianus fg. 115 D sqq. 141 C sqq., ubi de ceterorum populorum dis ea affert, quae Moses neglexerat.

2) Huius fragmenti pars exstat etiam apud Theodorum Mopsuestenum (comm. in N. T. ed. Fritzsche. p. 10).

τοῖς ἄλλοις νοεῖσθαι θεοῖς. Quae continuo sequi mihi videtur Iuliani locus p. 106 D post voces καὶ μεθ' ἕτερα positus. Qui quid sibi velit sane intellegi non poterit, nisi et interrogationis signo interpunxeris post ῥίζης et vocem ἡμετέρας cum ῥίζης coniunctam, quae est apud Aubertum, optimos codices secutus mutaveris in ὑμετέρας, ut Iudaeorum stirps significetur. Neque difficile est cognitu, quomodo aemulatione sua demonstret Iudaeorum deus non totius mundi sese esse dominum. Neque enim potuit aemulari, nisi alii praeter ipsum dii exstabant. Iam nunc particulario Iudaeorum deo, qui solis Hebraeis consulat, opponitur Graecorum summus, lacuna nulla interposita, quam iniuria Dargensius statuit, fg. 115 D sqq. Esse paganorum deum omnium rerum patrem et regem, distributas autem esse alias gentes aliis dis, qui omnes summo deo oboediant. Atque quod eorum quidem mores sunt diversi, repetendam hinc esse causam omnium gentium diversitatis. Quae quanta sit exponitur f. 131 B sq., quod continuo sequi Cyrillus indicat, cum p. 131 B προσεπάγει, inquit, καί φησι. Cuius diversitatis causam minime recte Mosem exposuisse incredibili sua de orta linguarum differentia narratione; fg. 134 sqq.[1]) Neque enim linguarum diversitate explanari discrimen morum multo maius. Deo igitur a Mose praedicato, qui providentia careat, qui solis Iudaeis miserit prophetas legumque latores, gratias minime esse agendas; fg. 137 E sqq.[2]) Multo autem meliora paganis dedisse quem ipsi censerent esse mundi creatorem, de quo etiam rectius deoque dignius sentirent quam Iudaei, qui minimae terrae dominum eum esse censerent; fg. 141 C sq. Iam nunc alia ratione atque ea quam ipse protulerit explanari non posse dicit Iulianus morum differentiam, quae in omnibus gentibus reperiatur; fg. 143 A sqq. Eo severiore autem vituperatione dignum esse Mosem,[3]) quod repetendam esse differentiae causam a deorum multitudine ipse minime ignorarit, sed occuluerit consulto. Iam disputationis summam fg. 148 B sq. ita indicat: si eundem mundi creatorem praedicent Iudaei et pagani, melius de eo sentire paganos; sin minus, causam non esse, cur Iudaeorum potius colant deum, quam quem usque adhuc coluerint.

1) Cyr. 134 D: ἐπιφέρει πάλιν.

2) Cyr. 137 E: προσεπάγων.

3) 146 A ὅτι δὲ καὶ ὁ Μωσῆς traditur; ἔτι δὲ καὶ ὁ Μωυσῆς conicio.

Ergo de deorum multitudine sermonem ubi ad finem perduxit, vituperavit legem Mosaicam, qua Iudaei stulte gloriarentur. Neque quicquam omissum esse demonstratur his Cyrilli p. 152 B: πρὸς γὰρ οἷς εἰπεῖν τετόλμηκε, καὶ τὸν διὰ τοῦ πανσόφου Μωυσέως κακύνει ⟨κείμενον⟩[1]) νόμον. Primum autem in medium profert legem Mosaicam fg. 152 B sqq. In qua quae laude digna sint etiam apud alios populos legis vim habere. Ea autem quae eius sint propria, septimum quemque diem esse celebrandum neque plures deos colendos, prorsus esse abicienda. Sequi autem inde, quod ubique terrarum plures colantur dei, Iudaeorum dei aut non tantam esse vim, ut coli eos possit prohibere, aut omnino non esse in consilio soli sibi divinum honorem tribui. Atque alterum deo esse indignum, alterum Christianos opinari atque eosdem ita repugnare divinae voluntati non dubitare, ut colant filium eius suppositicium. Exponuntur autem haec fgg. 155 C sqq.,[2]) 159 E.[3]) Sequuntur Cyrilli excerptum 160 BC, fragmenta 160 D sqq., 168 B sq. Quibus exponitur deum Platonicum eo quod iracundia careat, superare deum Iudaeorum, cuius cum saevitia comparandam esse Lycurgi, Solonis, Romanorum clementiam. Mirabuntur autem ii, quibus sola uti licet editione Aubertiana, quod fg. 159 E non excipi statuimus fragmento 160 D sqq. Optime enim verba ὑμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅθεν ὑποβλητὸν αὐτῷ προςτίθετε sequi videntur haec: τί δὴ τούτοις οὐδαμοῦ χαλεπαίνων ὁ θεὸς φαίνεται. Sed corruptam esse editionis Aubertianae scripturam intellegitur ex codicum memoria. In editione enim post verba ἐπεὶ δέ ἐστι φιλοσκώμμων καὶ θρασὺς εἰς λόγους, φέρε δή, φέρε, καταθρήσωμεν continuo sequuntur τί δὴ τούτοις οὐδαμοῦ χαλεπαίνων κτέ. In codice autem Marciano 123 verba post καταθρήσωμεν inveniuntur haec: τί δὴ τούτοις ἕτερον προσεπινοεῖ τῇ (sic) Χριστιανῶν θρησκεία (sic) μαχόμενος· φησὶ γὰρ πρὸς τούτοις· οὐδαμοῦ χαλεπαίνων κτέ. A qua scriptura codex Marc. 122 non differt nisi in rebus minimis. Oecolampadius autem codicis Capnionei scripturam ita vertit: 'age videamus, quidnam aliud cum his excogitat, quod cum Christiana religione pugnat. Dicit enim: Ad haec deus non videtur aegre

1) κείμενον adieci.

2) Cui praemissa sunt haec Cyrilli: προσεπάγει δέ τι καὶ ἕτερον καί φησιν.

3) προσεπάγει δὲ καί φησιν.

ferre etc. Iam vero Iuliani fragmentum, quod initium capit a verbo οὐδαμοῦ ita non sequi posse fg. 159 E unusquisque intelleget. Sed qua ratione tollenda est difficultas? Ubi exposuit Cyrillus falso credere Iulianum suppositicium Christianos adorare dei filium, p. 160 B cυναcπίζων δὲ, inquit, πανταχοῦ τοῖc τοῦ Πλάτωνοc λόγοιc[1]) καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων τιθεὶc ἐν ἀμείνοcι τὰ παρ' αὐτῷ[2]) ῥαψῳδούμενα, γράφεται πάλιν ἡμᾶc, ἀνθ' ὅτου δὴ λόγων τῆc Ἑλληνικῆc εὐεπείαc ἀπονοcτήcαντεc τοῖc τῆc ἀληθείαc προcκεχωρήκαμεν[3]) λόγοιc. Ex quibus Iuliani verba restituere dubito, non propter voces τοῖc τῆc ἀληθείαc λόγοιc, sed propter τῆc Ἑλληνικῆc εὐεπείαc. Multis enim locis Cyrillus irridet Graecorum εὐέπειαν, καλλιέπειαν, εὐγλωττίαν neque minus hoc loco, quo de orationis pulchritudine aliquid dicere Iuliano in mentem venire non potuit. Qui quin re vera hoc loco quaesiverit ex Christianis, cur in Graecorum religione non permansissent, cur dubitemus causa non est. Hanc igitur quaestionem collocatam fuisse censeo post fg. 159 E. Quam secutum esse statuo fg. 160 D sqq., neque tamen ita sequi potuit. Sed meminerimus cum Platonis philosophia hoc loco comparatam esse Christianorum religionem. Ergo si statuerimus voces ἐν Πλάτωνοc γὰρ λόγοιc fuisse ante voces οὐδαμοῦ, omnia recte tum procedent. Neque tamen integra exstant Iuliani verba in fg. 160 D sqq. Nam post eius verba p. 161 A τοὺc χιλίουc ἑνὶ lacuna ab ipso Cyrillo indicatur. Finitur autem fragmentum integris rursus Iuliani verbis 161 B: εἰ γὰρ καὶ ἑνὸc ἡρώων κτέ. Qui cum iam fg. 168 B sq. Lycurgi et Solonis meminerit, fg. 171 D sqq. exponit meliora Mosis legibus esse philosophorum praecepta.

Iam ad quartam accedit[4]) alterius partis paragraphum, qua maiora adeo dona data esse Graecis ostendere studet quam Iudaeis. Multos enim viros sapientia floruisse apud barbaros, uno Mose gloriari Iudaeos, quorum etiam rem publicam ita fuisse invalidam,

---

1) Ita Marc. 123. πανταχοῦ δὲ cυναcπίζων τοῖc λόγοιc τοῦ Πλάτωνοc Aub.

2) παρ' αὐτῷ Aub. 'ab illo' Oecol. παρ' αὐτῶν Marc. 123.

3) προcκεχωρήκαμεν Marc. 123. 'concessimus' Oecol. προcκεχωρήκατε Marc. 122. Aub.

4) Cyr. 176 A: προcεπάγει δὲ τούτοιc.

ut ne David quidem vel Samson alios populos subigere possent.[1]) Atque iniuria etiam illos iactare omnium artium elementa ab ipsis esse repetita exponit fg. 178 A sqq. Neque aliter atque in artibus ceteroqui rem se habere continuo apparere, si quot qualesque in utrisque viri excelluerint quaeratur.[2]) Quales enim fuisse Perseum, Aeacum, Minoem, Rhadamanthum! Fg. 190 C sq. Qualem Dardanum! p. 191 CD. De Dardano autem ipsius Iuliani verba non sunt servata, sed summam tantum excerpsit Cyrillus. Idem usu venit in iis, quae de Aenea et Romulo ille dixerat, p. 193 B. Quae cum excepisse dicit Cyrillus de Dardano Iuliani narrationem[3]), sequitur inde hoc ex loco non deprompta esse de Christo verba 191 D sq., quae ubi re vera sint inserenda infra demonstrabimus. De Romulo autem ubi egit Iulianus, de Numa verba fecit fragmento 193 C sq., quod integrum non exstare probant Cyrilli verba 193 D καὶ μεθ' ἕτερα. Eo autem quod sequitur fragmento 194 B sqq. alia enumerantur dona, quae Iuppiter dederit regibus Romae regnantibus. Neque minus ad deorum dona pertinent fg. 197 C παρίημι γὰρ τὰ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν μυστήρια καὶ ζηλῶ τὸν Μάριον et fg. 198 B sqq. τὸ γὰρ ἐκ θεῶν κτἑ. Quae hoc sententiarum vinculo videntur esse coniuncta. A matris deum mysteriis oracula haud fuisse aliena intellegitur ex Plutarchi Mario cap. 17. Neque vero minus quanta fuerit Marii superstitio, summopere eum studuisse futura cognoscere ex vita eius a Plutarcho conscripta perspicitur[4]). Quem cur aemulatus sit Iulianus, causa invenitur in primis fragmenti 198 verbis; nam cum τὸ ἐκ θεῶν εἰς ἀνθρώπους ἀφικνούμενον πνεῦμα σπανιάκις μὲν καὶ ἐν ὀλίγοις inveniatur, aemulatione sine dubio dignus cui tot quot Mario contigerint θεοσημεῖα. Fragmentum autem 198 B sq. excipi fragmento 200 A sqq., quo de Aesculapio agitur, firmatur etiam Cyrilli verbis 199 E προσεπιφέρει καὶ ἕτερον καί φησιν. Haec autem deorum dona paganis data cum enumeraverit, quaerit fg. 201 E sqq. ex Iudaeis, quid eius modi sibi datum esse glorientur, ad quos trans-

1) P. 176 C εἶτα κατασκώπτει κτἑ. sunt Cyrilli, qui ex Iuliani sententiis hoc loco summam excerpsit.

2) 184 A οἷς ἤδη προεῖπεν ἕτερα προστιθεὶς οὕτω φησί.

3) 193 B: ἀποπεράνας δὲ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν τὸ κενὸν ἐπὶ Δαρδάνῳ ῥαψῴδημα, μέτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τὴν Αἰνείου φυγὴν κτἑ.

4) 17 sq. 26. 36. 38. 40. 42. Cf. etiam Val. Maxim. p. 15, 31 Halm.

fugerint Christiani. Atque hoc quidem loco a proposita oratione digressus invehitur Iulianus in Christianos, quod hirudines imitati ex Graecorum et Iudaeorum doctrinis in usum suum converterint pessimas. Quam digressionem non temere a nobis statui, sed ab ipso Iuliano esse profectam demonstrant eius verba, ubi redit ad propositum p. 209 D ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ οἶδ' ὅθεν ὥςπερ ἐπιπνεόμενος ἐφθεγξάμην, ὅθεν δὲ ἐξέβην, ὅτι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ηὐτομολήσατε κτέ. Iam quaeritur, quae fuerit fragmentorum series. Dixerit autem quispiam dubium esse non posse quin post fragmentum 201 E sq. ponendum sit fg. 205 E sqq.; ipsius enim exstare Cyrilli verba p. 205 E προςεπάγει δὲ τούτοις ὁ σοφὸς Ἰουλιανὸς ἕτερα ἄττα κτέ. Quibus re vera effici poni non posse fg. 205 E ante fg. 201 E minime nego; sed lacuna nulla interposita coniuncta fuisse fgg. 201 E et 205 E persuadere mihi non possum. Incipit autem ita fg. 205 E: ἁγνείας μὲν οὐδὲ γὰρ εἰ πεποίηται μνήμην ἐπίστασθε. Quis autem fuerit is, de quo utrum mentionem fecerit sanctimoniae dubitabatur necne, minime dicitur. Solum autem Christi verbum esse posse huius enuntiati subiectum nemo negabit. Quod facillime ex iis quae antecedunt potest suppleri, si ea de quibus modo egimus Iuliani verba posita fuisse statuimus inter fgg. 201 et 205 E, ea scilicet Iuliani, quae p. 191 D sq. non suo loco inveniuntur. Quod si mihi conceditur, etiam id lucramur, quod nunc Christianorum accusationem incipit Iulianus a Christi vituperatione, quem nihil aliud fecisse dicit memoria dignum, nisi quod aegrotis hominibus medicatus esset paucis. Itaque ea quae Christus fecerat optime nunc opponuntur rebus ab Aesculapio praeclare gestis, de quibus egerat Iulianus fragmento 200 A sq., a quo transierat ad Iudaeorum et Christianorum vituperationem. Restat autem difficultas in fragmentis coniungendis, nisi in Iuliani verbis p. 205 E ζηλοῦτε δὲ αὐτῶν τοὺς θυμοὺς scribis ἰουδαίων pro αὐτῶν. Ac traditam scripturam ne tum quidem ferri posse, si fg. 205 E continuo sequi censeas fragmentum 201 E, inde apparet, quod subiectum eorum quae antecedunt verborum εἰ πεποίηται μνήμην dubium non est quin sit Christus. Iam vero ad finem perducta digressione ad propositum redit Iulianus fg. 209 D sqq. Transit[1]) autem ad perstringendam Iudaeorum rem publicam.

1) Cyr. 209 C περιςτὰς δὲ πάλιν τὰς καθ' ἡμῶν λοιδορίας ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν οὕτω φηςίν.

Animadverti autem iuvat, quem servaverit Iulianus in tractandis deorum donis sententiarum ordinem. Incipit enim ab enumeratione earum rerum quae paganis data sint: ac primum quidem enumerat litteras, deinde viros in re publica excellentes, tertium res sacras[1]). Quibus inverso ordine opponit Iudaeorum et Christianorum Iesum Nazarenum, rem publicam, litteras. Ac de re publica tribus agit fragmentis. Nam fere semper in aliorum populorum potestate narrat fuisse Iudaeos fg. 209 D sqq.; nunc enim Romanis eos esse subditos[2]). Neque minus Iesum Nazarenum in eorum numero fuisse, qui Romanorum imperatori oboedire essent coacti. Ea autem, quibus id exponitur Iuliani verba, fg. 213 A sqq., quo facilius cum antecedentibus coniungerentur, paullum modo ita mutaverim, ut verbis ὁ παρ' ὑμῖν κηρυττόμενος Ἰηcοῦc particulam καὶ praemitterem, quae 'etiam' hoc loco significaret. Neque vero ferri posse tam miserum rei publicae statum ac ne unum quidem inveniri apud Iudaeos ducem, qui cum Alexandro aut Caesare conferri possit, p. 218 sqq. explanat Iulianus. Dein tribus quae sequuntur fragmentis de litteris agit Iudaeorum et Christianorum; exstant autem haec fragmenta p. 221 E sqq., 224 C sqq., 229 C sqq. Quorum primum quid sibi velit frustra eruere laboraveris, nisi verba Iuliani p. 221 E codicem Marcianum 123 secutus ita constitueris: ἀλλ' ὁ τῆc πολιτείαc θεcμὸc καὶ τύποc τῶν δικαcτηρίων, ἡ δὲ περὶ τὰc πόλειc οἰκονομία καὶ τὸ κάλλοc, ἡ δὲ ἐν τοῖc μαθήμαcιν ἐπίδοcιc οὐχ Ἑβραίων μὲν ἦν ἀθλία καὶ βαρβαρική; Tertium autem fragmentum 229 C sqq. lacuna discissum est 229 E. Ubi enim vetuit Iulianus Christianos Graecas litteras edoceri, sequuntur Cyrilli verba καὶ μεθ' ἕτερα. Dein exponit

1) P. 200 A exstant haec Iuliani de Aesculapio verba: ἔλαθέ με μικροῦ τὸ μέγιcτον τῶν Ἡλίου καὶ Διὸc δώρων. Quibus e verbis, imprimis autem eo, quod inter se comparantur Aesculapius et Christus, neque minus ex iis, quae in comparatione de Aesculapio praedicantur, luculentissime apparet, religionem magis quam philosophiam fuisse doctrinam quam vocamus neoplatonicam. Quae qualis fuerit, quid voluerit neque rectius neque pressius definiri posse censeo quam iis verbis quae occasione data Alfredus de Gutschmid pronuntiavit: 'der Neuplatonismus ist eine Contrereligion gegen das Christenthum'.

2) Huc spectant ea, quae ex Theodori Mopsuesteni librorum Iulianeorum refutatione exstant in Fritzschii editione comm. in N. T. p. 11, 22 — 12, 5.

imperator philosophus talia esse sacra volumina, ut si quis eis solis institutus fuerit, ne servos quidem mentis cultura sit superaturus. Comprehendit autem omnia, quae de deorum donis disseruerat, fg. 235 B sqq., et ita finem facit alterius libri primi disputationis. Quam quomodo restituerimus, hoc loco nobis liceat sub uno ponere aspectu:

I. Ineptas sane esse fabulas, quas de dis pronuntiaverint Graecorum poëtae; neque tamen iis vacare Iudaeorum religionem. Fgg. 44 A. 75 A. 86 A. 89 A. 93 A.

II. Ceteroqui res Graecorum meliores esse Iudaeis.

1) Comparantur eorum de summo deo sententiae; ubi de mundi et hominis agendum erat creatione. Fgg. 96 C. 49 A. 57 B. 57 E. 65 A.

2) De deorum minorum multitudine; e quibus unum esse Iudaeorum deum; fgg. 99 D. Lacuna. 106 A. 100 C. 106 E.; a sola deorum minorum multitudine causam repetendam esse morum differentiae, quae in diversis gentibus reperiatur. Fgg. 115 D. 131 B. 134 D. 137 E. 141 C. 143 A. Parva lacuna. 143 C. 146 A. — Conclusio 148 B.

3) Cum Mosis legibus comparantur philosophorum Graecorum quae ad vitam pertinent praecepta. Fgg. 152 B. 155 C. 159 E. 160 BC (Cyrilli excerptum) 160 D. Lacuna. 161 B. 168 B. 171 D.

4) Comparantur deorum dona, quae acceperint pagani et Iudaei.

A) Paganorum dona. Init. 176 B. α) Litterae 176 B. 176 C (Cyr. exc.). 178 A. β) Res publica 184 B. 190 C. 191 C (Cyr. exc.). 193 B (Cyr. exc.). Fg. 193 C parva lacuna discissum. γ) Res sacrae 194 B. 197 C. 198 B. Aesculapius 200 A.

B) Iudaeorum et Christianorum dona. γ) Christus 201 E. 191 D. 205 E. β) Res publica 209 D. 213 A. 218 A. α) Litterae 221 E. 224 C. 229 C. Parva lacuna. 229 E. Conclusio 235 B.

Iam de tertia primi libri parte restituenda nobis agendum erit. Qua invehitur Iulianus in Christianos eosque accusat, quod ne in Iudaeorum quidem doctrina perseverarint, sed etiam ab ea ita recesserint, ut ex ea nihil retinuisse nisi pessima viderentur.

Ita factum esse, ut in usum suum converterent quae apud Graecos et Iudaeos invenirentur turpia, deterrimorum hominum, cauponum, publicanorum, saltatorum, lenonum vitam imitarentur. Haec fragmento p. 238 A sqq. exponuntur. Neque umquam meliorem fuisse Christianorum vitam ex ipsius Pauli verbis intellegi 1. Cor. 6, 9—11, ubi ea vis baptismo tribuatur, quam re vera exstare nemo sanus credere possit; fg. 245 A sqq.[1]). Iam vero esse Christianos Iudaeorum quasi servos fugitivos continuo[2]) exposuerat Iulianus; neque vero integra exstant eius verba, sed summa tantum a Cyrillo excerpta p. 249 C sq. Exstat autem p. 250 B etiam alter locus, quo refertur a Cyrillo vituperasse Iulianum de mortuorum resurrectione doctrinam. Quem apparet nullo sententiae vinculo cum iis rebus quae hic tractantur contineri; suo autem loco demonstrabimus, unde haustus esse videatur.

Quaesiverat Iulianus ex Christianis, cur ne in Iudaeorum quidem permansissent religione. Iam iis quae sequuntur refutare studet eorum defensionem, qui nusquam discrepare suam a Iudaeorum doctrinam atque esse se vere Iudaeos secundum Mosem et prophetas autumarant. Initium autem capit disputatio a fragmento p. 253 A sqq. Ac primum quidem studet demonstrare Iesu Christi cultum prorsus repugnare Mosis et prophetarum placitis. Errare enim Christianos, qui a Mose praedictum esse Christum temere pronuntiare audeant. Quos ita Mosis quosdam locos interpretari, ut inde efficiant tales res, de quibus numquam auctor cogitarit. Refutat autem interpretandi rationem Deut. 18, 18, Gen. 49, 10, Num. 36, 6 fragmentis 253 A sqq. et 261 E sqq., quae artissime inter se cohaerent. Iam vero posteriore loco etiam inde dicit apparere, quantum inter se differant Moses et Christiani, quod ille uni deo soli cultum tribuere iusserit (cf. Deut. 4, 35. 39; 6, 4; 32, 39), duos a Christianis coli ex Ioannis verbis (Io. 1, 1) intellegatur. Ac ne cum prophetis quidem eos consentire eodem fragmento exponit. Interpretatur autem Isaiae locum (7, 14), quem non recte intellegant Christiani; 261 C sq. 276 E sq.[3]). Iam vero

1) Necesse est in fine fragmenti 245 D post vocem ἐξελεῖ interrogationis signum ponas.

2) Cyr. 249 C: περιστὰς δὲ κτέ.

3) Verba 277 A προσεπηνέγκατο γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις καὶ ταῦτα Cyrillo sunt tribuenda.

id se minime negare verba facere Mosem de multis dei filiis; neque vero quemquam eorum ita inter ceteros excellere, ut tanti aestimetur quanti Iesus; quem quidem ipsum deum nominari et una cum patre coli Matthaei loco 28, 19 luculentissime demonstrari. Fg. 290 B sqq.

Nunc altera tertiae partis paragrapho Iulianus demonstrat Christianos Iudaeorum leges et instituta deseruisse. Cuius initium non exstat integrum, sed a Cyrillo brevius redditum. Invenitur autem p. 298 A hoc: οὐ γάρ τοι φηcὶ τοῖc Μωυcέωc νόμοιc ὁμολογεῖν τὰ Χριcτιανῶν οὔτε μὴν αὐτοὺc τοῖc Ἰουδαίων ἔθεcι διαζῆν ἀξιοῦν usque ad p. 298 C καθαριcμοὺc καὶ ὑπὲρ ἁγνείαc. Atque exponitur cum Iudaeorum legibus et institutis, a quibus desciverint Christiani, fere omnino consentire ea quibus pagani utantur. Quin etiam varios sacrificandi ritus a Mose non fuisse alienos. Ac primum quidem agitur de sacrificio placationis. De quo quae fecerat Iulianus verborum prima non servata sunt nisi a Cyrillo excerpta p. 298 E καὶ γοῦν τὸν ἱεροφάντην ψήθη Μωυcέα usque ad 299 A ἐφίcτηcι τρίβοιc; Integrum autem sequitur fragmentum p. 299 A sqq. ὑπὲρ δὲ ἀποτροπαίων κτέ. Quin enim hircus apopompaeo missus, cuius in hoc fragmento mentio fit, non diversus sit a sacrificio eo, quod non ipsi Iudaeorum deo, sed alii fieri verbis a Cyrillo excerptis dictum est, dubium esse nemini potest[1]. Iam vero apparere, Mosem sacrificiorum ritus neque ignorasse neque neglexisse; fg. 305 B. Contra Christianis alia placere. Quos excusari minime posse eo, quod ne Iudaei quidem amplius sacra faciant. Illos enim sacrificare non posse nisi Hierosolymis, id quod facere non iussi sint Christiani. Dicit hic Iulianus sese repetivisse, quae iam antea (298 A) dixisset, ubi omnino consentire exposuerat Iudaeos et paganos nisi eo, quod plures deos colerent ipsi, unum illi; fg. 305 E sqq. Sequi videtur locus quidam, ne is quidem integre servatus, p. 314 A: τῆc ἐν ἀμφοῖν δόξηc (Iudaeorum qui deum unum, paganorum qui plures colant) ἡμαρτηκέναι νομίζει (sc. Ἰουλιανὸc) τὰ καθ' ἡμᾶc (sc. Χριcτιανοὺc)

1) In iis verbis quibus excerptum coniungitur cum fragmento latet corruptela. Quae ita exstant in cod. Marc. 123 et apud Aub.: ἔφη γὰρ τοὺc τῶν θυcιῶν ἀναμετρῆcαι τρόπουc. Sed scribendum est ἀναμετρήcαc, id quod etiam codex Capnionis exhibuisse videtur. Oecolampadius enim ita vertit: Dicit enim sacrificiorum modos commemorans.

διά τοι τὸ μήτε θεοὺς προςίεςθαι πολλούς, μήτε μὴν ἕνα κατὰ τὸν νόμον, τρεῖς γε μὴν ἀνθ' ἑνὸς ὁμολογεῖν. Iam vero ad finem perducta est de sacrificio placationis disputatio.

Quaerit porro[1]) Iulianus ex Christianis, cur non easdem atque Iudaei leges observent de ciborum usu. Quas quod deseruerint, non posse eos defendi Petri illa visione; fg. 314 C sqq. Neque vero accipienda esse, quae de nova dicant lege ipsis data, qua prior sit abolita. Sempiternam enim esse Mosem voluisse eam quam ipse tulerit legem; contra atque Mosi placere Paulo. Quod si non postularent legum Mosaicarum observationem, id agere Christianos ut quam plurimos ad superstitionem suam pellicerent. Exstant autem haec Iuliani verba p. 319 D sqq. Quorum quaedam sese omisisse ipse Cyrillus indicavit p. 319 E: χρήςεις δὲ τούτοις ἐπιςωρεύςας ἑτέρας αἰώνιόν τε νόμον διὰ παςῶν ἐπιδείξας ὠνομαςμένον — χρῆναι γὰρ οἶμαι μακροτέρας τὸν λόγον ἀπαλλάξαι περιόδου — ἐπιφέρει πάλιν. Omisit igitur nonnullos veteris testamenti locos, quibus umquam aboleri vetabatur lex Mosaica. Rursus incipiunt integra Iuliani verba p. 320 A πολλῶν ἔτι τοιούτων παραλελειμμένων κτέ. Neque vero ulla efficitur structura enuntiatorum, si eum qui ubique invenitur retinere vis interpungendi modum. Colon enim est ponendum, non comma, inter voces παρῃτηςάμην et ὑμεῖς. Verba autem πολλῶν ἔτι τοιούτων κτέ. reliquiae sunt eius enuntiati, cuius prior pars a Cyrillo est omissa; qua tale quid necesse est fuerit expressum: ἱκανὰς δὲ δοκῶ μοι χρήςεις ἤδη παρατεθεῖςθαι. Extremis autem huius fragmenti verbis modo exposui causam contineri, qua permoti Mosaicam legem neglexissent Christiani. Quae excipi minime possunt eis Iuliani de Elia verbis, quae excerpta protulit Cyrillus p. 324 CD. Optime autem excipiuntur verbis p. 324 E διαμέμνηται δὲ usque ad 325 A παραλύεςθαι νόμον, quibus quid ipsi apostoli de observanda lege Mosaica censuerint explanatur. Dein p. 325 C καταςκώπτει δὲ usque ad ποτὲ δὲ τοῖς Ἰουδαίων perstringit Petri inconstantiam. Sunt autem ea quae et p. 324 E et p. 325 inveniuntur a Cyrillo excerpta.

Ubi autem de apostolorum egit sententiis, digressione facta ne in eorum quidem doctrina permanere queritur Iulianus Chri-

---

1) Cyr. 314 C: ἃ δέ γε πρὸς τοῖς ἤδη φθάςαςιν ἐγκαλεῖ, τούτων εἰκότως διαμεμνήςομαι. φηςὶ γὰρ πάλιν ἐπὶ τούτοις.

stianos. Et apostolorum quidem neminem ausum esse divinum Iesu honorem tribuere nisi Ioannem; et ne hunc quidem, si recte dicerent Christianorum nonnulli non eundem esse Iesum Nazarenum atque eum quem deum coluisset Ioannes Logum; fg. 327 A sqq. 333 B sqq. Atque p. 327 B eo quod post ἐτόλμηςεν εἰπεῖν aliquid spatii vacuum esse voluit Aubertus, colligendum videtur esse visa ei esse verba μικρὰ δὲ εἰπὼν κτέ. Cyrilli esse excerptum. Quem secuti sunt Spanhemius Dargensius. Quorum alter 'il y a' inquit 'ici une lacune. S. Cyrille place ces paroles dans le texte de Iulien: μικρὰ δὲ εἰπὼν περὶ 'Ιωάννου κτέ.' Neque vero suo iure id statuunt. Vocum enim εἰπὼν et φηςὶ subiectum apparet esse non Iulianum, sed Ioannem evangelistam. — Ac ne alia quidem in re consentire dicit Iulianus eos qui ipsius tempore essent Christianos cum placitis apostolorum. Quin etiam ab ipso Christo martyrum cultum esse condemnatum; 335 B sqq. Brevius autem reddita sunt a Cyrillo ea, quae 335 D sequuntur verba ἐπικαλεῖςθε τὸν θεόν; Deditos autem esse Christianos martyribus colendis propter magicam vim sepulcrorum; fg. 339 E sqq. Qua digressione finita ad ipsam disputationem redit Iulianus. Nunc vituperat Christianos, quod sacra prorsus non faciant, cum antea de solo sacrificio placationis verba fecerit. Neque accipiendam Christianorum defensionem, ignem non amplius de caelo descendere; id quod bis tantum accidisse, prius Mosis, posterius Eliae temporibus. Iubere autem Mosem ignem sacrificiis inferri; neque aliter antea Abraham sensisse effici ex ratione, qua Isaac paraverit immolationem. Postulare autem deum animalium sacrificia intellegi ex sacrae scripturae de Cain et Abel narratione; repudiatum enim esse sacrificium Cain, quod non fuerit animalium. Exposita autem haec sunt fragmentis 343 C sqq. 346 E sqq. Pag. autem 343 D voces διὰ βραχέων sequitur Cyrilli excerptum, quod ea continet, quae postea fg. 346 E ipsis Iuliani verbis disputantur; praeterea autem verba ἀπομνημονεύςας τῆς ἐπί γε τῷ 'Ιςαὰκ ἱςτορίας. Inde sequitur lacunam esse statuendam inter fragmenta 343 C et 346 E, qua omissa est brevis de Isaac narratio.

Dein de circumcisione agitur, qua Christiani non utantur, cum cor circumcidere, non carnem iusserit Paulus. Neque tamen de alia in foedere suo deum et Abraham cogitasse nisi carnis circumcisione; quod rumpi foedus ipsum Christum vetuisse. Hoc est

fragmenti p. 351 A sqq. argumentum. Integra autem servata sunt Iuliani verba a vocibus νυνὶ δὲ ἐπαναληπτέον p. 351 A usque ad p. 351 B καὶ cπέρματόc cου. Sequitur excerptum Cyrilli usque ad voces βαcιλείᾳ τῶν οὐρανῶν p. 351 C, quod excipitur integris Iuliani ὅτε τοίνυν usque ad 351 D οὐ νομοφύλακεc. Sequuntur autem p. 351 D Cyrilli verba, quibus refert quae sequentibus Iulianus disputaverit. Non celebrare pascha Christianos agnis azymisque panibus vescendo; neque posse eos neglegentiam suam eo defendere, quod nusquam liceat sacra facere nisi Hierosolymis. Haec Cyrillus rettulit. Exstat autem magna pars ipsius Iuliani verborum, quibus ea exposuit, quae brevius reddita esse a Cyrillo modo memoravimus. E quibus intellegimus non satis accurate Cyrillum rettulisse. Minime enim neglectum pascha eo excusare studuerunt Christiani, quia extra Hierosolyma sacra facere nefas esset; pascham enim sese eo celebrare negabant, quod unum Christi sacrificium aequaret omnes agnos quotannis a Iudaeis mactatos. Dein Iulianus vituperat Christianos, quod non imitentur Abrahae sacra faciundi ritum, neque eodem modo atque ille futura cognoscere studeant. Neque enim vanam esse rerum futurarum praedictionem, imprimis eam qua utantur auspices pro certo adfirmare sese posse, qua futurum esse, ut rerum ipse potiretur sibi sit nuntiatum. Exponuntur autem haec fragmentis 354 A sqq. 356 C sqq. 358 C sqq. 361 D (Cyr. exc. δεδόcθαι γε μὴν καὶ αὐτῷ φηcιν ὀρνίθων φωνὰc διδαcκούcαc ὅτι τοῖc τῆc βαcιλείαc ἐνιζήcει θάκοιc). Fragmentum autem 354 A ita coniungitur cum antecedentibus Iuliani verbis 351 D οὐ νομοφύλακεc, ut paucis repetatur neglectae circumcisionis vituperatio. Restat autem Iuliani sententia a Cyrillo relata p. 351 D indicantis, quomodo defenderint Christiani sacrorum neglegentiam. Quae optime adiungitur iis Iuliani verbis, quibus de Abrahae egit dei cultu; statuendus enim est ex Christianis quaesivisse, cur non eodem modo sacra facerent atque Abraham. Servasse autem Cyrillum ipsa Iuliani verba a vocibus πρόφαcιc ὑμῖν post καί φηcιν ὅτι positis inde intellegitur, quod traditum est ὑμῖν, non ἡμῖν. Iam vero non dubito, quin hoc loco ponendum sit fragmentum Iuliani servatum in Cyrilli excerpto p. 324 C quod est: καταψέγει δὲ (sc. ὁ Ἰουλιανὸc) πάλιν αὐτοὺc (sc. τοὺc Ἰουδαίουc) ὡc τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀπηρτημένουc, ἀλογώτατα δὲ τὸ θύειν ὀκνοῦνταc, καίτοι φηcὶν Ἡλίου τεθυκό-

τος ἐν τῷ Καρμήλῳ καὶ οὐκ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, φημὶ δὴ τῇ Ἱερουσαλήμ. Voces enim καίτοι κτέ. (φημὶ δὴ τῇ Ἱερουσαλὴμ sunt Cyrilli) ita cum Iuliani verbis p. 351 D coniungere licet, ut iis ipsis enuntiatum compleatur. Neque in ea re haerendum est, quod post fg. 361 D Christianos vituperavit Iulianus, p. 324 C reprehendisse videtur Iudaeos. Eo enim loco quo Cyrillus posuit Iuliani verba, ne potuit quidem Christianorum servare nomen. Huc accedit quod Cyrillus Iudaeis Christianorum loco positis id lucratus est, quod nunc ipsum sibi repugnare Iulianum dicere poterat; id quod re vera fecit. Maligne tunc sine dubio egit Cyrillus; verum enimvero in omnibus quas egit rebus, neque minus in ipsius operis Iulianei refutatione tam saepe apparet maligna Cyrilli levitas, ut eam etiam hoc loco statuere non dubitem.

Absolvi fragmenta quotquot in decem Cyrilli libris inveniuntur. Re autem vera iis ad finem perductam esse censeo libri primi Iulianei refutationem, cum quini Cyrilli libri artiore quodam vinculo inter se coniuncti sint. Ergo fragmento 324 C extremam contineri Iuliani censeo Christianorum vituperationem atque totius libri conclusionem.

Placet autem etiam tertiae partis et sententiarum et fragmentorum ordinem sub uno ponere aspectu.

P r o o e m i o quaeritur ex Christianis, cur relictis paganorum sacris ne in Iudaeorum quidem permanserint religione; fg. 238 A. 245 A. 249 C (Cyr. exc.).

Dein enumerantur Iudaeorum et doctrinae et instituta, quae reliquerint Christiani.

I) Christi cultum repugnare unius dei cultui, quem observent Iudaei. A) repugnare eum Mosis doctrinae 253 A. 261 E usque ad 262 C. — B) prophetarum dictis: 262 C. 276 E. — C) de filiis dei narrationi 290 B.

II) Non observare Christianos Iudaeorum leges et instituta.

- A) de sacrificio placationis 298 A (Cyr. exc.). 298 E (Cyr. exc.). 299 A. 305 B. 305 E. 314 A (Cyr. exc.).
- B) de ciborum usu. 314 C. 319 D. Lacuna. 320 A. 324 E (Cyr. exc.). 325 C (Cyr. exc.).
  - Sequitur digressio de relictis a Christianis etiam apostolorum doctrinis:
    - a) de deo Logo. 327 A. 333 B.

b) de cultu martyrum. 335 B. 335 D (Cyr. exc.). 339 E.

C) de sacris faciundis. 343 C. 343 D (Cyr. exc. de Isaac: ἀπομνημονεύϲαϲ — Ἰϲαὰκ ἱϲτορίαν). 346 E.

D) de rupto foedere Abrahae.

1) de circumcisione 351 A B C.

2) de pascha 354 AB.

3) de sacris 354 C. 356 C. 358 C. 361 D. Lacuna. 351 D. 324 C.

---

In fine huius disputationis agendum mihi est de duobus Iuliani fragmentis a Mose Barcepha allatis in commentatione de Paradiso (de la Bigne, maxima bibliotheca patrum. Lugd. 1677. Fol. tom. XVII.). Quorum prius hoc est (libri III. cap. III. p. 497 D sq.): 'Contra Iuliani apostatae de arbore vitae calumnias. Satius fuisset, ait Iulianus, arborem illam vetitam aut in angulo Paradisi aut loco aliquo obscuriore exstare; ne, dum perpetuo ob oculos esset, nimium sui desiderium in animis parentum nostrorum excitaret. Huic respondit D. Cyrillus oratione tertia, quam adversus eum conscripsit in hanc sententiam' etc. Inveniuntur autem ea, quae hoc loco a Mose Barcepha laudantur verba Cyrilli p. 83 C; quibus antecedunt ea quae Iuliani esse Moses autumavit. Quid? Quod eorum auctor esse minime Iulianus a Cyrillo indicatur, sed fictum ab illo esse crimen apparet e verbis καίτοι φαίη τιϲ ἂν p. 83 B. Levissima ergo est Mosis coniectura et prorsus abicienda. Neque alia est res altero loco, l. III. c. VII. p. 499 C.: 'Alia obiectio Iuliani impii. Ridebat quidem impius Iulianus quod Mosem Ecclesiae doctores dicerent hominem corruptibili natura prognatum fuisse et tamen non fuisse mortuum ita volente Deo.' Sequitur Cyrilli refutatio, quae invenitur p. 90 B Aub. Neque vero umquam ecclesiae doctores Mosem mortuum esse negaverunt, quod si fecissent, repugnassent sacrae scripturae loco Deut. 34, 5 sqq. Ac ne sunt quidem haec Iuliani verba. Crimen autem a Cyrillo depulsum hoc fere modo proferre debuit Moses Barcephas: Ridebat quidem impius Iulianus Mosem et ecclesiae doctores, quod dicerent hominem corruptibili natura prognatum esse, neque tamen futurum fuisse ut moreretur ita volente deo, nisi de arbore edisset.' Ipsum autem Mosem peccasse, non eum qui Syriaca in Latinum sermonem convertit

verba, his causis permotus censeo, quod deest enuntiatum 'nisi de arbore edisset' et quod levissimum fuisse Mosem iam priore loco demonstratum est.

---

Haec de primo; iam vero

## de altero Iuliani libro

videamus, quid nobis sit traditum, quid coniciendo possimus explorare.

Primum librum fere integrum restituere licet, alterum non item. Cuius rei causa haec est, quod ne una quidem alterius libri refutatio ad nostram pervenit aetatem, quod etiam operis Cyrilliani qui decimum sequebantur libri deperierunt ad unum omnes. Censendus autem est Cyrillus iis criminibus, quae altero libro protulerat Iulianus, defendendis consumpsisse operis sui libros undecimum usque ad vicesimum. Quod ut mihi persuaderem, his causis sum permotus. Nam cum alter Iuliani liber magnitudine sine dubio fere aequaret primum neque de minoris momenti ageret rebus, etiam alterius refutatio aequare debuit priorem; et cum quini refutationis libri artiore quodam vinculo inter se coniuncti essent, confici debebant bis quinque libri, si paullum modo aequabilitati studuit Cyrillus. Huc accedit, quod altero libro in evangelia sese invecturum esse pronuntiaverat Iulianus (p. 218 A Cyr. coll. cum 261 E Cyr.); ac ne in uno quidem ex Cyrilli fragmentis, quae haud ita pauca ad nos pervenerunt librorum undecimi usque ad duodevicesimum, de aliis agitur sacrae scripturae locis nisi depromptis ex evangeliis. Disceptatur autem controversia fragmentis, quae ex XV. et XVI. Cyrilli libris deprompta sunt. Nam si duobus Iuliani libris altera decade respondisset, alterum illius librum tertia pentade refutare debuit Cyrillus, quarta tertium. Eiusdem autem libri refutatione libros XV. et XVI. consumptos esse fragmenta demonstrant. Videbimus enim eius partis operis Iulianei, quae in vituperanda Christi oratione in monte habita versabatur, censuram egisse Cyrillum non minus libro XV. quam XVI. Qua observatione quaestio diiudicatur. Videtur autem esse consentaneum eodem fere modo atque primum a Cyrillo refutatum esse librum alterum; neque tamen prorsus eodem. Nam cognovimus illum in primi libri verbis adferendis nonnumquam mutasse ordinem ab ipso Iuliano constitutum. Dixerat autem p. 38 E sqq. de solius libri primi sententiarum ordine melius quibusdam locis

constituendo (ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλείστων μὲν ὅσων ἐννοιῶν ἔρχεται κτέ.). Neque tamen causa erat, ut de solo libro primo faceret verba, si ne reliquorum quidem ei satis fecit sententiarum ordo. Ergo censendus est Cyrillus eodem ordine attulisse Iuliani fragmenta ex altero libro hausta, qua in ipsius opere aliud ab alio excipiebatur. Quae cum ita sint, non aberrabimus a recta via, si eundem constituemus ordinem fragmentorum Iuliani atque Cyrilli eorum, a quibus repetenda sunt illius si minus ipsa verba, at certe sententiae. Ita igitur instituemus disputationem nostram, ut primum in unum conferamus, quae ex fragmentis Cyrillianis librorum undecimi usque ad vicesimum de Iuliani sententiis efficiuntur, si id dubium non est, ex quo Cyrilli libro hausta sint fragmenta, deinde ea tractemus, quae quod ad evangelia pertinent, deprompta esse statuimus ex Iuliani libro altero, si perspectum non habemus, in quo Cyrilli libro peculiariter sint refutata. In quorum numero ponenda sunt et quae in decem libris nobis servatis obiter memoraverat Cyrillus et quae ex decem sequentibus hausta sunt fragmenta librorum numero non allato; neque minus ea Iuliani, quae ab aliis servata sunt atque Cyrillo, si quo in libro ille de iisdem egerit efficere non possimus.

---

### *Ex Cyrilli libro XI.*

1.

Altero libro in examen vocasse Iulianum evangeliorum narrationes, duobus locis inter se comparatis demonstratur. In altera enim libri primi parte p. 218 A brevi post pronuntiat sese verba facturum de prodigiis quae in evangeliis referantur neque minus de eorum fraudibus. Ταῦτα μὲν οὖν, inquit, καὶ μικρὸν ὕστερον, ὅταν ἰδίᾳ περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων τερατουργίας καὶ σκευωρίας ἐξετάζειν ἀρξώμεθα. Alio autem loco dicit alia de Christi genere rettulisse Matthaeum, alia Lucam; accuratius autem sese inquisiturum esse in eorum dissensum in libro altero. Sunt autem haec Iuliani verba p. 253E: ἐλέγχονται γὰρ Ματθαῖος καὶ Λουκᾶς περὶ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ (sc. Χριστοῦ) διαφωνοῦντες πρὸς ἀλλήλους. Pergit p. 261 E: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μέλλοντες ἐν τῷ δευτέρῳ συγγράμματι τὸ ἀληθὲς ἀκριβῶς ἐξετάζειν ὑπερτιθέμεθα. De vi autem vocis σύγγραμμα memineris velim eorum, quae

supra p. 99 sq. exposui. Ergo altero libro Iulianus in examen vocavit evangelia. Neque carere videbimur veri specie, si coniecerimus, alterius libri initium profectum esse a Matthaeo et Luca vituperatis, quod differrent in Christi genere referendo. Cf. Matth. 1, 1—17. Luc. 3, 23—38. Consilium enim quod ceperat persecutum esse Iulianum, testis est Hieronymus comm. in Matth. lib. I. cap. III. (vol. VII. p. 11 Vall.[2]): 'Iacob autem genuit Ioseph (Matth. 1, 16). Hoc loco obiecit nobis Iulianus Augustus dissonantiam evangelistarum, cur evangelista Matthaeus Ioseph dixerit filium Iacob et Lucas eum filium appellarit Heli'. Qui dissensus minime ab ipso Iuliano est detectus; habemus enim compertum ex Eusebii cum alios hist. eccl. I, 7 et VI 31 cum alios tum Iulium Africanum epistula ad Aristidem data operam dedisse, ut neutrum neutri repugnare ostenderet.

2.

Ex 3. fragmento intellegitur miratum esse Iulianum stellam, qua patefactum est sapientibus in oriente, natum esse novum Iudaeorum regem. 'Εωcφόρον autem stellam Iulianus appellaverat. Cyrillus enim 'stella autem' inquit 'illa non ex numero harum ordinariarum erat, ut iste ἑωcφόρον earum dicit'.

3.

Fg. 4. Cyrillus dicit Mariam non plane intellexisse mysterium personae Christi. Id quod bis factum est. Primum post orationem Symeonis (Luc. 2, 29—32); sunt enim haec Lucae verba 2, 33: καὶ ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖc λαλουμένοιc περὶ αὐτοῦ. Alterum, cum filium duodecim annos natum in templo invenisset docentem. Neque enim eius verba τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖc τοῦ πατρόc μου δεῖ εἶναί με; comprehendit; cf. Luc. 2, 50 καὶ αὐτοὶ οὐ cυνῆκαν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάληcεν αὐτοῖc. Iam vero videtur Iulianus ideo Mariam miratus esse, quod Gabrielis nuntium accepisse traderetur. Ac fortasse ex Mariae verbis coniecit fictum esse illum nuntium.

---

*Ex libro XII.*

4.

Ex fragmento 7. efficiendum esse mihi videtur invectum esse Iulianum in Christi verba a Marco 1, 14 sqq. relata. Sunt autem

Marci haec: Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην ἦλθεν ὁ Ἰηcοῦc εἰc τὴν Γαλιλαίαν, κηρύccων τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸc καὶ ἤγγικεν ἡ βαcιλεία τοῦ θεοῦ· μετανοεῖτε καὶ πιcτεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Interrogasse statuo Iulianum quid causae fuisset, cur Iudaeos εἰc μετάνοιαν vocaret Iesus. Qui etiam verbis modo allatis πεπλήρωται, inquit, ὁ καιρόc. Iam vero occasio data erat Iuliano Christi calumniandi, quod ipse sibi repugnaret. Quem alio loco (Matth. 24, 3—25, 13) indicasse postea appariturum esse hominis filium neque certum esse adveniendi tempus. Matth. autem 24, 4 sqq. Iesus enumerat res eas, e quibus brevi sese adventurum esse efficere possint discipuli. Ἐγερθήcεται γὰρ, inquit, ἔθνοc ἐπ' ἔθνοc καὶ βαcιλεία ἐπὶ βαcιλείαν καὶ ἔcονται λιμοὶ καὶ cειcμοὶ κατὰ τόπουc κτἑ. Ad quae Iulianum adnotasse comperimus ex Theodoro Mopsuesteno (p. 18, 3 Fritzsche) haec: τοιαῦτα πολλάκιc ἐγένετο καὶ γίνεται· καὶ πῶc ταῦτα cυντελείαc cημεῖα; Finem autem sermonis sui fecit Iesus narrata parabola illa de decem virginibus, quae non animadverterant sponsi adventum. Matth. 25, 1 sqq. Atque etiam eam in examen vocasse Iulianum efficimus ex fragmento Cyrilli 8: ἄριcτον καὶ cοφὸν εἶναί μοι δοκεῖ τοῦ καιροῦ τοῦ προcήκοντοc μὴ ἀφαμαρτάνειν πράγμαcιν. Quae non temere nos coniecisse etiam eo probatur, quod ad Matthaei verba quae sequuntur spectare videntur alia fragmenta duo, quae ex XII. Cyrilli libro nobis sunt servata. De quibus nunc agendum nobis.

5.

Ex Cyrilli fragmentis 9. et 10. videtur esse colligendum censuram egisse Iulianum parabolae illius a Matthaeo 25, 13 sqq. relatae, qua agitur de diversis praemiis iis datis, qui variis modis usi erant talentis ipsis creditis. Talentorum autem mentio fit Cyrilli fragmento 28. ex libro XVI. hausto. Verum enimvero eo loco obiter ita eorum mentionem fieri, ut exempli gratia allata esse videantur, demonstratur futuro tempore πληροφορήcει.

6.

Iam vero cum ex iis quae ex XII. XIII. XIV. Cyrilli libris servata sunt fragmentis refutata iis esse efficiatur illa Iuliani verba, quibus servato rerum ordine tractaverat quas res Christus

et gesserat et passus erat, suo iure hoc loco poni videbuntur ea, quae in historiam tentationis Christi iecisse illum cognovimus ex fragmento Theodori Mopsuesteni, (Fritzsche p. 12, 22 — 16, 7). Perstrinxisse autem Iulianum Matthaei (4, 1—11), non Lucae narrationem supra exposuimus, ubi verba fecimus de Theodoro Mopsuesteno. Quibus autem ille verbis invectus esset in Matthaeum non ubique cognoscere possumus, quod ea Theodori, quibus Iuliani verba afferebantur procul dubio, servata nobis non sunt. De sententiis autem eius ex Theodori refutatione haec effici possunt: 1) Miratus est Iulianus quod tentare Christum ausus est diabolus princeps daemonum, qui deum illum esse et cognossent et confessi essent; cf. Th. M. p. 12, 22 sqq.: Οὐδὲν καινόν, ἀσεβέστατε Ἰουλιανέ, εἰ καὶ γινώσκεται ὑπὸ τῶν δαιμόνων καὶ ὁμολογεῖται θεὸς καὶ πειράζεται ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τῶν δαιμόνων μὴ ὁμολογοῦντος τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. 2) Cum Moses et Elias postquam per quadraginta dies cibis sese abstinuerunt magnis praemiis essent affecti, quaesiverat Iulianus quem Iesus percepisset eiusdem ieiunii fructum? Th. M. 13, 11 sqq.: ἀλλὰ Μωυσῆς φησιν ἡμέρας τεσσαράκοντα νηστεύσας ἔλαβε τὸν νόμον, Ἡλίας δὲ τοσαύτας νηστεύσας θείων αὐτοψιῶν ἔτυχεν, Ἰησοῦς δὲ τί μετὰ τοιαύτην νηστείαν ἔλαβεν; Haec praeter adiectam a Theodoro vocem ἀλλὰ ipsa Iuliani esse verba censeo propter interrogationem τί — ἔλαβεν; 3) Quaesiverat Iulianus, qui fieri posset, ut doctrina caelo lapsa famem depellerent homines. Efficitur hoc ex Theodori verbis 13, 15 sqq.: τὸ δὲ ἐπὶ παντὶ ῥήματι θεοῦ οὐ περὶ διδασκαλίας λέγει, ἀλλὰ πρὸς τὸν πορισμὸν τῆς τροφῆς et 13, 25 ῥῆμα λέγων τὴν ποιητικὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ. 4) Interrogaverat Iulianus, cur Iesum tentare diabolo licuisset, Mosem Eliam non item. Th. M. 13, 25 sqq.: Μωυσῆς δὲ καὶ Ἡλίας νηστεύσαντες οὐ συνεχωρήθησαν πειρασθῆναι . . ., ὁ δὲ σωτὴρ ἀναγκαίως συνεχωρήθη κτέ. 5) Iulianus diabolum miratus erat, qui in deserto potuisset Iesum ducere in montem, qui illic non esset. Th. M. 14, 19.: Τί δὲ θαυμάζεις, ὅτι μὴ ὄντος ὄρους ὑψηλοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγεται ὁ διάβολος ἀναγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν; Cf. 6) Th. M. 15, 2 sqq.: ἀλλὰ πῶς, φησίν, εἰς τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ τὸν κύριον ἀνήγαγεν ὁ διάβολος ὄντα ἐν τῇ ἐρήμῳ; Unde haec Iuliani restituenda: πῶς εἰς τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ τὸν Ἰησοῦν ἀνήγαγεν ὄντα ἐν τῇ ἐρήμῳ; Neque enim potuit Iulianus uti voce

κύριος neque iterare ὁ διάβολος eius quoque quod antecedit enuntiati subiectum. 7) Th. M. 15, 14 sqq. exponit, ex verbis οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου minime sequi diabolum tentasse deum, sed hominem. Ergo miratus erat Iulianus diaboli temeritatem in tentationem vocantis deum. Alia fuit Iuliani admiratio, de qua primo loco egimus, ubi non diaboli temeritatem vituperaverat, sed daemones quod alia fecerant atque ipsorum princeps. 8) Negat Th. M. 16, 3 sqq. Christum verbis κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις vetuisse suam ipsius et spiritus sancti adorationem. Ergo vetuisse eum censuerat Iulianus, id quod magni sine dubio est momenti. Aliud enim Celso placuit, qui ab ipso Iesu fraudem esse profectam autumavit. Cf. Orig. c. Cels. II 1. 7.

7.

Neque minus hoc loco ponendum esse aliud Iuliani fragmentum a Theodoro Mopsuesteno servatum eo demonstratur, quod compertum habemus de eadem re Cyrillum egisse libro duodecimo. Cf. undecimum Cyrilli fragmentum (Mansi, s. conc. coll. XI. p. 409D sqq.). Inveniuntur autem Iuliani verba apud Th. M. p. 16, 8 — 16, 17 Fritzsche, quibus de precatione agitur, quam Iesus fecit eo loco cui nomen est Γεθσημανεί (Matth. 26, 36—46).

8.

Libro duodecimo aut tertio decimo necesse est Cyrillus idem defenderit Iuliani crimen, quod propulsavit Theodorus Mopsuestenus p. 18, 17 sqq. Fr. Cuius e verbis hoc intellegimus Iulianum vituperasse Iesum, quod ἐπαχθεὶς πρὸς Ἡρώδην οὐδὲν ἐποίησε σημεῖον[1]). Idem crimen in Iesum intenderat philosophus anonymus a Macario Magnete servatus III 1 p. 52.

---

*E Cyrilli libro XIII.*

9.

Certiores nos faciunt verba catenae in apocalypsin a Cramero editae (vol. VIII. p. 287, 6 sqq. cf. Cyr. fg. 11) in subditiciorum

1) Theodori verba p. 18, 17: Ἰησοῦς δὲ ἐπαχθεὶς πρὸς Ἡρώδην οὐδὲν ἐποίησε σημεῖον, καίπερ ἐκείνου ἐπιθυμοῦντος ἰδεῖν ἢ ἀκοῦσαί τι λέγοντος, ἐπειδὴ ᾔδει ὡς οὐκ εὐεργετηθήσεται κτέ.

numero Cyrillum collocasse Christi verba Luc. 23, 34: πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. Ergo molesta erant Cyrillo, ita statuendus est Iulianus ea in usum suum contulisse, ut, si re vera a Christo erant dicta, efficeretur inde Christi doctrinae repugnare eorum qui Iuliani temporibus fuerunt Christianorum sententiam. Iam vero Christi verba Luc. 23, 34 ad eos pertinent, qui cruci ipsum affixerunt. Quod si nunc spectamus Oecumenii et Arethae verba: οὐ μόνον γὰρ οἱ πιστοὶ διέφυγον τὸν ὄλεθρον τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν ἀγνοίᾳ τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου συνηργηκότες κτέ., et extrema: ἀλλ' εἰ ἐκεῖνος οὕτως, ἡμῖν οὐ τοῦτο δοκεῖ· ὅτι μηδὲ πάντες οἱ παρόντες Ἰουδαῖοι τῆς τόλμης τῶν ἀρχιερέων ἐκοινώνουν, οὓς πάντας εἰκὸς ὕστερον σφραγισθῆναι τῇ πίστει κτέ., nunc Cyrilli perspicimus consilium. Notum est Christianos autumasse omnes Iudaeos, quod Iesum Christum cruci affixissent, condemnatum iri et iam esse condemnatos. Quam sententiam repugnare procul dubio dixerat Iulianus ipsius Christi verbis: πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι, τί ποιοῦσιν. Quod apostatae argumentum refellere non potuit Cyrillus nisi eo, quod interpolata esse illa verba contendit. Quae omisit etiam codicis Sinaitici corrector (ℵ[a] apud Tischendorfium).

10.

Cognoscimus ex fragmento 14. animadvertisse Iulianum repugnare Matth. 27, 34 ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον Marco 15, 23 καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ἐσμυρνισμένον οἶνον. Idem exposuerat philosophus Macarianus III 12 p. 20.

---

## *Ex libro XIV.*

11.

Fg. 17 Cyrillus 'iacebat enim' inquit 'in sepulcro corpus sanctum mortuum et sine anima'. Fortasse igitur contenderat Iulianus Christum si re vera resurrexisset, mortuum non fuisse, sed visum esse.

12.

Exposuit Iulianus repugnare Matth. 28, 1 Marco 16, 2; Matth. 28, 2 Marco 16, 5; Matth. 28, 8 Marco 16, 8. Cf. Cyrilli fg. 18 init., ubi de Iuliani sententia agitur.

*Ex libro XV.*

13.

Irridebat Iulianus Christum, quod manducabat et bibebat. Cf. Cyr. f. 20. Matth. 11, 9. Luc. 7, 34. Ibi invenitur Christi oratio, qua maiorem se esse Ioanne baptista exponit. Iam vero statuo Ioannem a Iuliano laudatum esse, quod multis cibis abstinuisset, Christum vituperatum, quod Ioannis vestigia non pressisset.

14.

Fragmentis Cyrilli 21 et 22 misericordiae afferuntur fructus. Ergo invectum esse censeo Iulianum in Christi verba quae apud Matthaeum inveniuntur 5, 7 μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Vituperasse autem censendus est causam, quae affertur vocibus ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

15.

Complures hic in examen vocasse videtur Iulianus locos ex oratione haustos ea, quam in monte habuit Christus. Fragmento enim 23 cum Cyrillus exposuerit splendida vestimenta nihili esse facienda, videtur inde esse colligendum Iulianum perstrinxisse Christum, qui Matth. 6, 25: διὰ τοῦτο, inquit, λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε; et Matth. 6, 31 μὴ οὖν μεριμνήσετε λέγοντες· τί φάγωμεν ἢ τί πίωμεν ἢ τί περιβαλώμεθα;

---

*Ex Cyrilli libro XVI.*

16.

Eiusdem orationis quaedam calumniatus esse Iulianus videtur iis verbis, ad quae respondit Cyrillus fragmentis 27 et 28. In qua permulta inveniuntur Christi verba, quibus exposuit quae quasque virtutis sequerentur praemia. Nam Matth. 5, 3 sqq. simplicium hominum esse regnum caeleste, consolationis participes fore lugentes, expletum iri famem eorum, qui iustitiam esurirent etc. Quaesivisse igitur statuendus est Iulianus, cur aliis virtutibus alia praemia essent promissa talia; cui respondit Cyrillus: ἀνάλογος τοῖς ἑκάστου κατορθώμασιν ἡ τῆς ἀμοιβῆς ἀντέκτισις κτέ.

17.

Fragmento Cyrilli 29 demonstratur Iulianum etiam de iis Christi verbis egisse, quae exstant Matth. 19, 24: πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι εὐκοπώτερόν ἐστιν κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; cf. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. Atque κάμηλον animal esse recte putaverat. Ex eadem Cyrilli disputatione depromptum esse videtur fg. 30. Iam vero facile intellegitur, quomodo transierit Iulianus ab iis rebus, quas modo tractaverat, ad horum Christi verborum vituperationem.

18.

Contenderat Iulianus de observanda lege aliud docuisse Iesum Matth. 5, 19, aliud Matth. 12, 8 et 15, 11. Deprompta autem etiam haec videntur esse ex censura orationis quam in monte habuit Christus. — Cyr. fg. 31. Ex disputatione autem, quam hoc fragmento instituit Cyrillus, haustum esse videtur etiam fg. 32.

19.

Non solum de lege, sed etiam aliis de rebus aliis locis alia Christum pronuntiasse Iulianus videtur exposuisse. Ex fragmento enim 33 efficiendum est reprehendisse eum Christum, quod Luc. 14, 26 dixerat haec: εἴ τις ἔρχεται πρός με καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφάς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν οὐ δύναται εἶναί μου μαθητής. Verisimile autem est Iulianum adnotasse repugnare Christum hoc loco et decalogi parti quartae et sibi ipsum, cum Matth. 19, 19 quendam iussisset patrem colere et matrem, neque minus iis quae Matth. 15, 3 sqq. dixisset.

20.

Ex fg. 34 intellegitur Iulianum in Christum invectum esse, quod non omnes homines, sed paucos salvos reddidisset.

---

*Ex Cyrillo libro XVII.*

21.

Ea operis sui parte, ex cuius refutatione deprompta sunt Cyrilli fragmenta 39 et 40, reprehendisse videtur Iulianus Christi

verba, quae exstant in Lucae evangelio 6, 27 sq.: ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, προσεύχεσθε περὶ ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Ad quae pertinere fragmentum 40 luculenter apparet; neque causa mihi esse videtur, ut ab eo seiungamus fragmentum 39. Neque enim negari potest ἐν ἀδικίαις εἶναι eos, qui alios oderint, offendant, exsecrentur; nemini non videbuntur esse κακοῦργοι.

---

*Ex libro XVIII.*

22.

Fragmentis 44 et 45 indicatur magni aestimandum esse τὸ ἐποικτείρειν τοὺς ἐν ἐνδείᾳ καὶ τῶν ἀναγκαίων σπάνει, quin etiam πρῶτον καὶ ἄριστον dicitur ἀνδραγάθημα τὸ διανεῖμαι τοῖς δεομένοις τὰ ὄντα καὶ κατευμεγεθῆσαι τῆς ἐκ τοῦ πλούτου τροφῆς καὶ κατασωρεῦσαι μᾶλλον ἐν οὐρανοῖς ἐλπίδα τὴν μέλλουσαν. Quae pertinere unusquisque continuo perspicit ad Lucae v. 12, 33 πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν καὶ δότε ἐλεημοσύνην· ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλλάντια μὴ παλαιούμενα. Libro igitur duodevicesimo refutaverat Cyrillus Iuliani verba, quae a Photio nobis servata (Amphil. quaest. 101) hoc loco esse ponenda iam nunc nemo infitias ibit.

23.

Cyr. fg. 48. Etiam in altero libro Iulianus Christianos irrisit, quod martyres colerent, id quod iam in primo fecerat; cf. p. 335 B sqq.

*Ex incertis Cyrilli libris.*

24.

Iulianum in epistula ad Photinum data (LXXIX. Hertl.) professum esse librum contra Christianos se scripturum esse in capite primo monui. Ubi σὺ μέν, inquit, ὦ Φωτεινέ, πιθανὸς φαίνῃ καὶ ἐγγύτατος τοῦ σώζεσθαι, εὖ ποιῶν ἐν μήτρᾳ μηδαμῶς εἰσάγειν ὃν ἐπίστευσας θεόν. Διόδωρος δ' ὁ τοῦ Ναζωραίου μάγος αὐτῆς καλλωπιστικοῖς μαγγάνοις ἀκονῶν παραδοξίαν ὀξὺς ἀνεφάνη σοφιστὴς θρησκείας ἀγροίκου. Diodori autem sententiae adversari voluit Iulianus. Dubium igitur esse vix potest, quin eadem fere

in ipsius opere exstiterint, quae a philosopho Macariano scripta sic leguntur (IV 22 p. 202): Εἰ δὲ καί τις τῶν Ἑλλήνων οὕτω κοῦφος τὴν γνώμην, ὡς ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ἔνδον οἰκεῖν νομίζειν τοὺς θεούς, πολλῷ καθαρώτερον εἶχε τὴν ἔννοιαν τοῦ πιστεύοντος, ὅτι εἰς τὴν γαστέρα Μαρίας εἰσέδυ τὸ θεῖον ἔμβρυόν τε ἐγένετο καὶ τεχθὲν ἐσπαργανώθη, μεστὸν αἵματος χόριον καὶ χολῆς καὶ τῶν ἔτι πολλῷ τούτων ἀτοπωτέρων.

25.

Etiam altera de re promisit Iulianus in altero libro verba sese esse facturum. Nam p. 213 A sqq. cum quaesiverit, ob quam causam ne de cognatis quidem suis Iesus bene esset meritus, cur etiam Mose inferior ille, quem deum esse Christiani autumarent, ne Iudaeorum quidem domare potuerit gentem, ταῦτα μὲν οὖν, inquit p. 218 A, καὶ μικρὸν ὕστερον, ὅταν ἰδίᾳ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων τερατουργίας καὶ σκευωρίας ἐξετάζειν ἀρξώμεθα.

26.

Cyrillus p. 168 A καταψευδόμενος γάρ, inquit, πανταχοῦ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ποτὲ μέν φησι (sc. ὁ Ἰουλιανὸς) τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα δημαγωγοῦντα μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντα τοὺς περὶ θεοῦ ποιήσασθαι λόγους, οὔτε ἔχοντας ὀρθῶς οὔτε μὴν ἐοικότως αὐτῷ (sc. θεῷ)[1]) γεγονότας, ποτὲ δὲ τὸν Ἔσδραν ἀπὸ γνώμης ἰδίας προσεπενεγκεῖν τινα διατείνεται. Ac Mosis quidem sententiae primo libro innumerabilibus fere locis sunt vituperatae; aliunde igitur nil adiecit Cyrillus nisi quod de Esdra protulit. Sed qua occasione in Esdram invectus sit Iulianus continuo intellegemus collato philosophi Macariani loco III 3 p. 54. Ubi reprehenduntur Christi verba Io. 5, 46 εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωυσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. Neque enim de Christo quicquam a Mose esse dictum, omnes enim libros, qui Mosis nomine ferantur, ab Esdra esse conscriptos. Simili igitur modo censendus est Iulianus Christum vituperasse. Ratiocinandum enim ei erat hunc fere in modum: Iniuria dixisse Iesum de se ipso verba fecisse Mosem; cuius scripta cum integra non exstarent, sed ab

---

1) Prorsus abicienda est Auberti interpretatio: Mosem ait — de Deo verba fecisse nec recta nec s i b i consentientia.

Esdra essent interpolata, ubique dubium esse, utrum Mosis an Esdrae verba legerentur.

27.

Hieronymus comm. in Osee lib. III. cap. XI. (vol. VI. p. 123 Vall. 2.): 'Hunc locum[1]) in septimo volumine Iulianus Augustus quod adversum nos, id est, Christianos evomuit, calumniatur et dicit: Quod de Israel scriptum est, Matthaeus evangelista[2]) ad Christum transtulit, ut simplicitati eorum, qui de gentibus crediderant, illuderet.'

Supra exposui statuendum esse Hieronymum haec Iuliani ex septimo refutationis cuiusdam libro septem libris absolutae deprompsisse. Qua si singulae eius vituperationes eodem ordine quo scriptae erant defensae erant, e tertio libro haustum est fragmentum ab Hieronymo nobis servatum. Neque vero compertum id habemus. Nil igitur impedit, ne alteri libro, quo de evangeliis agebatur, tribuamus Matthaei reprehensionem.

28.

Matth. 9, 9 καὶ παράγων ὁ Ἰηcοῦc ἐκεῖθεν εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Μαθθαῖον λεγόμενον, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀκολούθει μοι. καὶ ἀναστὰc ἠκολούθει αὐτῷ.

Hieronymus comm. in Matth. lib. I. caput IX. (voc. VII. p. 50 Vall. 2): Arguit in hoc loco (sc. Matth. 9, 9) Porphyrius et Iulianus Augustus vel imperitiam historici mentientis vel stultitiam eorum qui statim secuti sunt salvatorem, quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint secuti.

## Tertio libro

censeo egisse Iulianum de novi testamenti praeter evangelia libris. Eodem modo philosophi Macariani περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ disputationem excipiebat ἑτέραc ὑποθέcεωc ἀρχὴ ἐκ τῶν πράξεων καὶ τοῦ ἀποcτόλου. Cf. Macar. Magn. ed. Blondel p. 48, 2 et 48, 19. Neque vero quicquam Iuliani ita nobis est servatum, ut de tertio contra Christianos libro depromptum esse indicaretur praeter fragmentum illud a Socrate h. e. III 23 alla-

1) Osee XI 1: ex Aegypto vocavi filium meum.

2) Matth. II 15.

tum, quod re vera primo libro tribuendum esse demonstravi. Sed tamen propter argumentum quaedam e tertio libro hausta esse existimo. Cyrillus enim p. 250 B τεύξεσθαι δὲ, inquit, προσδοκῶσι (sc. οἱ Χριστιανοὶ) καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐν Χριστῷ· ὁ δὴ μάλιστα διαγελᾷ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρός, ὥσπερ οὐκ ἐνὸν τῷ πάντα ἰσχύοντι θεῷ καὶ θανάτου κρείττονα ἀποφῆναι τὸν λόγῳ φθορᾶς ὑποκείμενον κατὰ ἰδίαν φύσιν κτέ. De mortuorum autem resurrectione egerat Paulus in epistula prima ad Thessalonicenses data 4, 13 sqq. Ac versibus 16 sqq. dixit Paulus fore ut ipsi in caelum ascenderent. Αὐτὸς, inquit, ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ᾽ οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα. Iam vero hunc quoque locum perstrinxisse censeo Iulianum libro tertio; fragmentum enim eius a Suida s. v. ἀπόνοια servatum huc pertinere mihi videtur. Quod quamquam a Suida non indicatur ex quo libro sit depromptum, fuisse iudico in libris contra Christianos scriptis propter voces τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ἐστὶ σημεῖον. Atque fore ut Christiani brevi post ascenderent in caelum cum iniuria Paulus et professus esset et ipse credidisset, Iulianus τὸ μὴ προϊδέσθαι, inquit, τό τε δυνατὸν καὶ τὸ ἀδύνατον ἐν πράγμασι τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ἐστὶ σημεῖον. Simili modo eadem Pauli verba reprehenduntur a philosopho Macariano IV 2 p. 159.

---

## Caput III.

## De Iuliani verbis constituendis.

Ipse operis Iulianei codex, quo usus est Cyrillus Alexandrinus, non omnino librariorum mendis vacasse statuendus est, quamquam quod in verbis ab hoc p. 69 C servatis videtur vituperandum esse, utrum librario an ipsi Iuliano tribuendum sit in medio relinquendum est. Nam Iulianus cum dixisset omnes homines caelum aut deum dicere aut dei sedem: εἰκότως, inquit, (οὐρανὸν) θεὸν καὶ θεοῦ θρόνον ὑπέλαβον. Quae verba in exemplo suo Cyrillum legisse inde intellegitur, quod p. 70 A ita in Iulianum invehitur: ἐπειδὴ δέ φησιν, ἐξ ὧν εἶναι πέφυκεν ὁ οὐρανός, εἰκότως τεθαύμασται καὶ ὑπείληπται παρὰ τοῖς πολλοῖς καὶ θεὸς ὑπάρχειν καὶ θεοῦ θρόνος, διδασκέτω παρελθών, εἰ ταὐτὸν εἶναι νενόμικε καὶ ἐν ἴσῳ τίθησι μέτρῳ τὰ ἐπ' ἀμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἂν οἰηθείην πώποτε πρὸς τοῦτο αὐτὸν ἀποπληξίας ἐλθεῖν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον διαφέρειν οἴεσθαι τὸ εἶναι θεὸν καὶ θρόνον θεοῦ. Rectius sine dubio se haberent verba θεὸν ἢ θεοῦ θρόνον ὑπέλαβον; sed cum in codice litteris maiusculis exarato Η et ΚΑΙ haud facile confundi potuerint, ipsi Iuliano culpa videtur esse tribuenda. Sed alia res est altero loco. Qui in Cyrilli libris ita scribitur p. 69 CD: τὸ γὰρ τοιοῦτον (sc. caelum) — πάσης καθαρεύει φθορᾶς καὶ γενέσεως, ἀθάνατον δὲ ὂν φύσει καὶ ἀνώλεθρον, παντοίας ἐστὶ καθαρὸν κηλῖδος· ἀίδιον δὲ καὶ ἀεικίνητον, ὡς ὁρῶμεν, ἤτοι παρὰ ψυχῆς κρείττονος καὶ θειοτέρας ἐνοικούσης αὐτῷ φέρεται κύκλῳ περὶ τὸν μέγαν δημιουργὸν, ἢ πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κίνησιν, ὥσπερ, οἶμαι, τὰ ἡμέτερα σώματα παρὰ τῆς ἐν ἡμῖν ψυχῆς παραδεξάμενον τὸν ἄπειρον ἐξελίττει κύκλον ἀπαύστῳ καὶ αἰωνίῳ φορᾷ. Ubi verba ὥσπερ — ἐν ἡμῖν ψυχῆς transponenda esse unusquisque continuo perspicit. Neque enim caelum si circa deum volutatur, ab eodem deo ita moveri potest, ut corpora nostra et quae in ipsis vitam degit anima. Quae cum optime

comparetur cum caeli anima, de qua antea Iulianus dixerat, dubium non est, quin verba ὥςπερ — ἐν ἡμῖν ψυχῆς post ἐνοικούςης αὐτῷ ponenda sint. Neque obstat hiatus αὐτῷ ὥςπερ, quem Iulianum non vitasse suo loco demonstrabimus. Sed obstare videtur Cyrillus, qui p. 71 E: εἶτά φηςιν, inquit, ὅτι παρὰ ψυχῆς κρείττονος καὶ θειοτέρας ἐνοικούςης αὐτῷ φέρεται κύκλῳ περὶ τὸν μέγαν δημιουργόν, ἢ πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κίνηςιν ἔχει, ὥςπερ οἶμα τὰ ἡμέτερα ςώματα. Neque igitur negari potest Cyrillum verba ὥςπερ κτέ. eo loco legisse, quo ferri ea non posse modo ostendi. Sed quid multa? Corruptam iam praebuit scripturam Iuliani codex, quem adhibuit Cyrillus. Qui ipse quoque vitium inesse animadvertit et omissis verbis παρὰ τῆς ἐν ἡμῖν ψυχῆς corrigere studuit; sed oblevit vulnus, non sanavit.

Iam vero deperditis ipsius operis Iulianei codicibus, tota fere quaestio quae est de Iuliani verbis constituendis pendet ex recte aestimandis libris manu scriptis refutationis Cyrillianae. Quam longe emendatiorem legeremus, si etiamnunc exstaret codex Constantinopolitanus, quem a. 680 fuisse in bibliotheca patriarchei docemur actorum synodi Const. loco (Mansi, s. conc. n. coll. XI. 410; cf. supra p. 67 sq.). Quamquam enim verba 'ἥτις χρῆςις ὡςαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν ςώμαςι τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου' de loco quodam dicuntur deprompto ex XIII. Cyrilli libro, etiam primae et alterius pentadis codicem in eadem bibliotheca fuisse vix quisquam infitias ire volet. Atque deperiit etiam alter codex vetustate insignis, qui fuit olim Ioannis Capnionis. Cuius notitiam Andreae Cratandro debemus (Cyrilli opera. Basileae 1528), qui die 24. Augusti a. 1528 haec in praefatione editionis suae scripsit: "Ex Bibliotheca familiae S. Dominici quę hic, pij & religiosi patres, Dialogorū libros cōmunicaverūt: ex Phorcensi autē, iussu illustrissimi ac nobilissimi D. Philippi Marchionis Badensis, patrocinante optimo ac eruditissimo, omniumq; studiosorum patrono, Iacobo Kirshero, duo deprompta sunt exemplaria Graeca, mirae antiquitatis: quae olim doctissimi Ioannis Capnionis fuere. Porrò unum, Ephesini consilij acta cōtinens, unà cum eiusdem sanctissimi et doctissimi viri epistolis, uel (ut alij uocant) libris, quia nunc ob temporis angustiam absolui non potuit, propédiem proprio tomo inuulgabimus. Alterum vero quàm fideliter licuit, versum, iam accipe:

nempe libros decem contra Iulianū, & tres de recta fide." Iam vero quo anno Capnio nactus sit librorum contra Iulianum codicem ignoramus, quem verisimile est antea in Italia fuisse. Maius enim (vita Io. Reuchlini Phorcensis. Francofurti 1687. p. 524) 'ipse quoque' (sc. Capnio), inquit, 'cum in Italiam iter faceret, diligentissime libros undique conquisivit'. Bibliothecam autem suam 'Pforzheimensi collegio per testamentum eum legasse' idem Maius tradidit l. l. p. 523. Quam a. 1565 Pforzhemii vidit Henricus Pantaleo; cf. Mai. p. 524. Sed 'pars eius maxima in funesto bello Germanico (i. e. bello 30 annorum) a Capuccinis Weilerstadium vel ut alii existimant Coloniam delata ibique in expugnatione flammis consumpta est'; Mai. p. 528. Accuratius tempora discribit S. F. Gehres, Weil's der Stadt kleine Chronik (Stuttgart. 1808) p. 119 sqq. Mense enim Sept. a. 1640 Weilerstadii iam erant Capuccini Phorcenses, quibus eo se conferre die 21. Maii eiusdem anni permiserat episcopus Spirensis. Die autem 20. Octobr. a. 1648 Weilerstadium Francogalli flammis tradiderunt. Iam vero Gehres (Pforzheims kleine Chronik. Memmingen 1792 p. 83) auctor est eam librorum Capnionis partem, quae ex ignibus servata esset, Durlacum delatam esse et postea in urbem, cui nomen est Carlsruh. Ubi nunc non exstare librorum contra Iulianum codicem me docuit Guilelmus Brambach. Neque Coloniam eum delatum esse intellegitur ex catalogo codicum mss. ecclesiae metropolitanae Coloniensis, quem scripserunt Jaffé et Wattenbach et ediderunt Berolini a. 1874. Neque Basileae neque Heidelbergae eum inveniri certiorem me fecerunt L. Sieber et C. Zangemeister. Quae cum ita sint, quin a. 1648 deperierit codex Capnioneus, dubitari vix poterit. Quo maiorem gratiam habeamus necesse est Ioanni Oecolampadio, qui codicem nunc deperditum secutus decem Cyrilli contra Iulianum libros ita latine reddidit, ut plerumque etiam nunc cognosci posset, quam ille praebuisset scripturam. Exstat autem Oecolampadii interpretatio in latina Andreae Cratandri Cyrilli Alexandri editione Basileae a. 1528 publici iuris facta tom. III. Notavimus autem codicem Capnioneum littera C, littera O Oecolampadii versionem.

Sed etiam quaeritur, quo tempore exaratus sit codex Capnioneus. Quem litteris minusculis scriptum fuisse inde intellegitur, quod ipse quoque p. 94 A corruptam praebuit scripturam τὸν βίον

τὸν ἀνθρώπινον. Ubi vocem βίον in νοῦν mutandam esse ex apparatu critico ad l. l. apparebit. Neque tamen oriri potuit corruptela, nisi iam in archetypo minusculis litteris exarato littera β similis fuisset litterae latinae μ. Ergo codices neque Capnioneus neque eius archetypus ante saeculum IX. scripti sunt. Accedit, quod p. 49 A ex Oecolampadii versione et ex scriptura codicum Scorialensis Ψ et Venetorum M et V, quos originem accepisse ab ipso codice Capnioneo infra demonstrabo, efficiendum est fuisse in Capnioneo scripturam παραβάλωμεν. In quo fuit παραβαλὼν, si codicis Monacensis B alteram manum spectas. Is autem, quem ex codice Capnioneo ductam scripturae varietatem in margine codicis Monacensis adnotasse suo loco ostendendum erit, ita errare non potuit, nisi littera μ litterae ν minusculae formae fuit simillima et litterarum εν abbreviatio (<) super litteram μ posita paulloque neglegentius exarata cum accentu gravi confundi facile potuit. Quae abbreviatio, quam inveniri in cod. Vindob. phil. 314 anni 924 ex Gardthauseni palaeographia Graeca p. 245 sq. comperi, in codicibus litteris maiusculis scriptis non adhibebatur. Ante annum autem 1343 Capnioneum exaratum esse inde intellegitur, quod tunc codex Venetus V si minus de ipso, at certe de ipsius apographo descriptus est. Neque omnino XIIII. saeculo videtur codex esse tribuendus, quem mirae antiquitatis esse a. 1528 dixit Andreas Cratander. Iam vero etiam codicem Venetum M ex Capnioneo descriptum esse infra demonstrabo. Quae cum ita sint, deperditus quo Oecolampadius usus est Cyrilli codex saeculi IX.—XIII. init. fuisse statuendus est.

Iam vero agendum nobis de iis Cyrilli codicibus, qui etiam nunc exstant in Italiae Austriae Germaniae Britanniae Galliae Hispaniarum bibliothecis.

1) M est codex **Venetus Marcianus 123**, in fol., bombycinus, fol. 153. saec. XIII. Continet s. Cyrilli Alex. contra Iulianum libros decem cum prooemio. De quo codice v. Zanettium, Graeca D. Marci bibliotheca p. 71. Totum codicem a. 1878 tempore paschali ipse Venetiis cum editione Migniana (patrol. Graec. vol. 76) contuli. Litterae τ eam saepissime praebet formam, quae in tabulis Gardthausianis primum in codice a. 1231 comparet (cf. Gardth. l. l. tab. 9). Fuit codex quondam cardinalis Bessarionis, qui in margine multa, in verborum contextu perpauca adnotavit,

quae quamquam ipsius studia Cyrilliana luculentissime confirmant, ad Cyrilli verba constituenda nihil valent. Quae cum intellexissem, plerasque eius adnotationes in exemplo meo non descripsi. Perpauca autem manus prima in margine adnotaverat, ut ἰουλιανοῦ, ubi Iuliani fragmentum incipiebat; quae accuratissime descripsi.

2) Codex **Venetus Marcianus 124**, in 4°., membranaceus, fol. 197, saec. XV. Continet S. Cyrilli Alex. contra Iulianum libros X; cf. Zanetti l. l. p. 71.

3) V est codex **Venetus Marcianus 122**, in fol., chartaceus, fol. 377, saec. XIV. Scriptus enim est a. 1343. . Qui accurate descriptus est a Zanettio p. 70. Exemplum eius exstat in Wattenbachii exemplis n. 23. Sed erravit Zanettius, cum in codice inveniri diceret decem Cyrilli contra Iulianum libros. Desunt enim prooemium et libri VI.—X. Librum quintum sequitur eiusdem Cyrilli contra anthropomorphitas liber. Ipse temporis angustiis prohibitus non contuli codicis nisi folia 202a—210b, quae continent editionis Aubertianae paginas 5—25 C 1. Iuliani fragmenta postea Carolus Praetorius in usum meum contulit.

4) B est codex **Monacensis 65**, quem Hardtius (catal. cod. mss. gr. b. R. Bav.) ita describit: 'chartaceus, charta solida et laevigata, titulis et initialibus minio exaratis, literis minutis et elegantibus manu diversa, in folio mutilus, at ab alio interiectis foliis suppletus, collatus cum prototypo, constans foliis 431, saec. XVI., optime conservatus'. Quintum contra Iulianum librum excipit Cyrilli contra anthromorphitas liber, quem sequuntur libri c. Iul. VI.—X. Quae praeterea in codice exstant, Hardtius enumeravit. Prooemium librorum c. Iul. incipit fol. 1a, liber X. terminatur fol. 200a. Neque tamen foliis 1a—200a respondent paginae 1—399, sed 1—435. Is enim, qui folia numeris signavit, ita erravit, ut numerum 12 omitteret, numeros 115 et 160—179 bis poneret. Neque mutilus est codex, sed quae desunt, iam in archetypo deerant et ex alio codice suppleta sunt. Ita quattuor folia adiecta sunt, primum ad fol. 5a = p. 9, alterum et tertium ad fol. 43b = p. 80, quartum ad fol. 45b = p. 84. Ac primum quidem continet verba Διὸ δὴ βαβυλῶνα — νέος δὲ ὢν, καὶ = p. 9 D 1—10 C 2 Aub., alterum et tertium Βούλει δὴ οὖν — συμβεβούλευκεν οὐκ ὀρθῶς = p. 75 C 4—78 D 4, quartum καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι — ἐδώδιμα. τό γε μὴν 82 C 6—83 B 4 Aub.

Adiecit haec folia eadem manus altera, quae etiam in margine varias scripturas apposuit. Quae ex codicis Monacensis prototypo fluxisse contendit Hardtius, sed iniuria. Alteram autem Monacensis manum notavimus B 2.

5) In codice **Monacensi 547** saec. XV. fol. 354b et 355a exstare fragmenta quaedam Porphyriana, ex Cyrilli contra Iulianum libris deprompta monuit Hermannus Diels in commentationibus in honorem Buecheleri et Useneri Bonnae a. 1873 edito p. 61 sq.

6) **Codex Vindobonensis 78** (Lambecius-Kollarius, bibl. Caes. Vind. V. p. 293 et 299), 'chartaceus, antiquus et bonae notae in quarto, fol. 155 ab Augerio Busbeckio olim comparatus Constantinopoli', fol. 102a — 105b praebet fragmentum Cyrillianum, quod incipit verbis τοιγαροῦν Νῶε p. 8 A 10 Aub.

7) Idem fragmentum exhibet **codex Vindobonensis 19** (Lambecius-Kollarius VI p. 237 et 242) 'chartaceus, antiquus in folio. fol. 376', ipse quoque Busbeckianus. Exstant autem Cyrilli verba fol. 305b — 308a.

8) **Codex** Mediomontanus seu **Middlehillensis**, nunc **Cheltenhamensis, 1444 = Meerm. 85**, de quo haec Haenelius, catalogi libr. mss. p. 832: 'Cyrilli Alexandrini ad Theodosium imperatorem de recta fide liber; eiusdem de adoratione adversus Iulianum imperatorem libri duo; idem ad Calosirium episcopum, adversus anthropomorphitas; saec. XV.'

9) **Codex Regius Parisinus**, chartaceus, exaratus a. 1537. In catalogo codd. mss. bibl. Reg. II p. 268 n°. est MCCLXI (nunc bibl. nation. 1261). Ante hos duos annos Otto Crusius amicus Parisiis codicem inspexit atque haec mihi scripsit: 'Es ist ein Miscellancodex; Cyrillus contra Iulianum geht nur von fol. 128a —171b. Es sind nur die ersten 3 Bücher und vom 3. fehlt der Schlufs. Die letzten Worte fol. 171b col. b sind ὧν ἦν εἰκὸς τῶν ἀρχαίων ἀρρωστημάτων ἀπηλλαγμένον (p. 109 B Aub.). Die Seite ist (anders als bei anderen Schriften dieses Codex) in 2 Columnen getheilt.'

10) Lambert, catalogue des mss. de la bibl. de **Carpentras**: Codex LXXX. fol. 149—156. 'Ex Porphirio in Christianos collecta ab Hugone Grotio (les fragments ou passages sont extraits d'Eusèbe, Praeparatio et Demonstratio evangelicae, gr., de Saint-Jérôme, Praefatio ad Danielem; de Saint-Augustin, de civitate Dei; et

de Saint-Cyrille, patr. d'Alexandrie, contra Iulianum gr.'

11) Ψ est codex Scorialensis, de quo haec Miller, catalogue des mss. grecs de la bibl. de l'Escurial p. 436: "Ψ. — III. — 12. 463. In 4⁰. de 223 feuillets, en papier de coton et du XIIIe siècle. Traité de saint Cyrille contre Julien, en dix livres." Saeculo XIV. codicem tribuit Gustavus Loewe, saec. XIV.—XV. Carolus Graux.

12) Ω est alter codex Scorialensis, de quo Miller p. 478: "Ω. — III. — 5. 534. In fol. en papier et du XVe siècle. 1⁰. Προcφωνητικὸc περὶ τῆc ὀρθῆc πίcτεωc, par Saint Cyrille d'Alexandrie. 2⁰ Traité de Saint Cyrille d'Alexandrie contre Julien, en dix livres." Προcφωνητικὸc est librorum contra Iulianum prooemium. Quem codicem a Millero saeculo XV. recte tributum esse censent Loewius et Grauxius. Codicis autem folia numeris non signata atque singulas paginas binis columnis exaratas esse idem Loewius mihi scripsit. Qui cum anno 1878 in Hispanias proficisceretur a me rogatus est, ut fragmenta Iulianea quae sunt in Cyrilli editione Migniana cum codicibus Scorialensibus conferret[1]). Atque precibus meis praebuit aurem, neque tamen tempus itineri Hispaniensi concessum ut omnia fragmenta conferret ei permisit. Neque igitur varias scripturas adnotavit nisi libri alterius usque ad p. 58 D Aub. Postea autem ad Felicem Ro'anski bibliothecae Scorialensis praefectum litteras dedit, ut de unius loci ex prooemio deprompti scriptura certiorem me faceret et, si quidem fieri posset, reliqua fragmenta in usum meum conferri curaret. Atque alterum mihi contigit, alterum non item, ut fragmentorum scripturas Scorialenses non cognossem nisi a Loewio margini adscriptas.

Iam vero quaerendum nobis, qui codices de quibus sint descripti.

Ac Venetum quidem 124 saec. XV. apographon esse codicis Veneti 123 saec. XIII. (M) pro certo adfirmari licet. Est enim codex M initio mutilus, cum litterae haud paucae aut madefactae evanuerint aut in extrema margine positae charta abscissa deperierint.

---

1) Iam anno 1877 Ludolfus Krehl, bibliothecae Paullinae Lipsiensis praefectus, precibus meis benevolentissime cedens, ut codices Scorialenses Lipsiam mitterentur contenderat; neque tamen mitti potuerunt.

Quas omnes is qui codicem scripsit 124 ita omisit, ut vacuum iis relinqueret spatium. Ita p. 2 A 9 voces exstant παρ' ἑτέρων τὰ εἰς ὑμᾶς, neque tamen in codice M quicquam nunc legitur nisi παρ' ἑτέρων τὰ ε; reliquarum litterarum aliae evanuerunt, aliae abscissae sunt. Ac ne in codice quidem 124 voces εἰς ὑμᾶς scriptae inveniuntur, sed lacuna comparet post παρ' ἑτέρων τὰ; neque minus littera ε, quae in codice M etiam cognosci potest, in codice 124 omissa est. Atque eodem modo p. 2 A 11 vocis χαριστήριοι littera χ etiamnunc integra exstat, litterae χαρ difficile cognoscuntur, reliquae deperierunt. Integram autem vocem χαριστήριοι codex 124 non descripsit. Petiti sunt loci, quos modo attuli, ex Cyrilli prooemio. Sed ne aliorum librorum rationem aliam esse censeas, nunc afferam verba ex libro X. deprompta. Pagina enim 358 A 8 verborum ψευδοεπεῖς καὶ litterae δοεπαῖς καὶ madefactae omnino fere evanuerunt, atque recentior manus eas vestigia primae persecuta delineavit: omisit eas codex 124. Neque tacendum mihi permultis locis, quibus codex M aliam scripturam praebet atque editio Migniana, me codicem 124 inspexisse: ita eum deprehendi vel in accentibus non recte positis persaepe cum codice M consentire.

Neque minus codicem Scorialensem Ω ex codice M descriptum esse ex variis eius scripturis a Loewio adnotatis intellexi. Quae etiam in rebus minimis ita consentiunt cum iis, quae in codice Marciano 123 exstant, ut p. 44 B 6 in utroque μύθοι legatur pro μῦθοι. Quid? Quod p. 49 D 3 ὑγρὰν praebeat codex V et exhibuit codex Capnionis, in Marciano autem M legitur ὑγρᾶν (ξηρὰν supra scriptum), in Scorialensi Ω ὑγρὰν (ξηρὰν supra scriptum)?

Ex codicibus M et V codicem Monacensem B fluxisse nunc ostendam. Atque libros I.—V. ex V descriptos esse mihi persuasi, cum fragmentorum Iulianeorum scripturas, quas B praebet, adnotarem; quas fere semper easdem esse atque codicis V animadverti. Accedit, quod eaedem lacunae in utroque codice inveniuntur, p. 9 D 1—10 C 2, p. 75 C 4—78 D 4 Aub.[1]) Librorum autem

1) Etiam p. 82 C 6—83 B 4 in codice B non inveniuntur; quae quin ne in V quidem exstent, dubitandi causa non est, quamquam h. l. codicem Venetum non inspexi.

VI.—X. fontem esse Marcianum M pro certo adfirmari licet. Eorum enim fragmentorum, quae his libris servata sunt, scripturae in codicibus M et B non differunt nisi in rebus minimis. Quid? Quod p. 358 A 8 verborum ψευδοεπεῖς καὶ litteras δοεπεῖς καὶ, quae in M fere evanuisse supra dixi, in codice B manus prior postea adiecit? Quae cum in codice Veneto 124 omnino omissae sint, intellegitur non ex eo codicem Monacensem esse descriptum, sed ex ipso Marciano M. Ex quo etiam prooemium fluxisse lacunis demonstratur, quas explevit manus altera. Ita p. 2 A 11 litterae χαρ manu 1 exaratae sunt, ιϛήριοι adiecit manus 2. Quo loco quas scripturas M et V praebeant, supra indicavi. Mirum certe est librarium quendam prooemium et libros VI.—X. ex altero codice deprompsisse, ex altero libros I.—V. Sed statuendus est, quo tempore libros contra Iulianum scriptos exarare incepit, unum codicem V cognovisse, quem nec prooemium nec libros VI.—X. exhibere supra dixi. Deinde in manus ei incidit codex M, ex quo ea adiecit, quae nondum exaraverat. Atque ita rem se habere etiam inde efficitur, quod codex B quaternionibus constat, nisi quod praemissa sunt duo folia, quibus prooemium continetur. Unde etiam intellegitur codicem B non ex alio codice descriptum esse, in quo codices M et V iam coniuncti erant, sed ipsius librarium libros primum ita coniunxisse. Neque alius censendus est libros contra Iulianum quintum et sextum separasse interiecto libro contra anthropomorphitas ipso quoque ex V descripto.

Haec de codicis Monacensis manu 1; iam vero de altera disputabo. Quam sua deprompsisse ex 'variis lectionibus in libr. contra Iulianum', quae exstant in editione Aubertiana, fortasse sibi persuadebit, si quis spectaverit scripturas manu altera adiectas non omnes, sed paucas. Mirum certe est Aubertum ad p. 6 C 1 ἐφιστᾶσι τῷ βίῳ in variis lectionibus adnotasse 'alij, τοῦ βίου' et in codice B priorem manum τῷ βίῳ scripsisse, alteram in margine 'alij, τοῦ βίου'. Sed permulta manus altera (B 2) adiecit, quae ex editione Aubertiana repetere non potuit. Ita p. 1 B 5 Aubertus exhibet ἕπεται γὰρ ἀεὶ neque quicquam in 'variis lectionibus' adnotavit: sed B 2 scripturam, quam B 1 praebet eandem atque Aubertiana, non probavit, sed in margine posuit ἕπεται γάρ πως. Neque p. 7 E 4 Aubertus quicquam exhibet nisi σεμνοπρεπῆ, quod etiam B 1 praebet, sed B 2 in margine scripsit 'θεοπρεπῆ

alij'. Huc accedit quod dubitari minime potest, quin etiam folia integra, quibus manus altera prioris lacunas explevit, ex eodem fonte hausti sint; atque eorum verba a scripturis Aubertianis saepissime differunt. Quae cum ita sint, apparet ex codice aliquo alteram codicis Monacensis manum sua deprompsisse. Quem fuisse Capnioneum nunc deperditum pro certo adfirmari licet. Quam rem ita se habere continuo tibi persuadebis, si alterius manus scripturas quarum numerus est permagnus cum Oecolampadii versione contuleris. Ita p. 1 B 5 γάρ πως habet B 2, 'ferme enim' Oecolampadius, p. 3 E 4 τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ Aubertus B 1 M exhibent, B 2 ante σωτῆρος adiecit δεσπότου, '(contra) nostri omnium dominum saluatorem Christum' vertit Oecolampadius. Gravissima autem argumenta haec sunt. Pagina 3 E 5 vocem τρία ante συγγέγραφε omiserunt M et codices omnes qui ex eo prooemium repetiverunt, ergo etiam B 1: sed B 2 in margine adiecit τρία neque minus Oecolampadius habet 'tres'. Neque minus insigne alterum est exemplum. P. 10 C 2 legitur in Aubertiana, quacum consentit M: ἔτους μὲν γὰρ διαγεγονότος τετρακοσιοστοῦ πέμπτου τε (τὲ M) καὶ εἰκοστοῦ μετὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ τίκτεται μὲν ἐν Αἰγύπτῳ Μωσῆς. Omisit haec B 1 cum iis quae antecedunt et sequuntur, supplevit B 2; sed cum litteras, quae exstabant post πέμπτου τὲ (ita etiam B 2), in codice legere non potuisset, B 2 vacuum esse voluit earum spatium neque quicquam scripsit nisi στοῦ. Explevit postea tertia manus lacunam adiectis litteris καὶ εἰκο. Et recte explevit; nam codicem M infra ex C descriptum esse ostendam atque eius librarius etiam legere potuit, quae exstabant in codice quem describebat. Quid? Quod eodem loco atque B 2 Oecolampadius non indagavit, quae in suo codice antea legebantur? Vertit enim 'quinto et tricesimo'. Ergo eodem codice B 2 usus est, atque Oecolampadius, i. e. Capnioneo. Sed quid causae est, cur nonnullis scripturis B 2 adiecit vocem 'alij'? Quae si eodem modo in Capnioneo legebantur atque reliquae, adiciendi causa non exstabat. Ergo eas censeo fuisse in margine codicis. Unde etiam intellegitur, quomodo fieri potuerit, ut Oecolampadii versio non cum omnibus scripturis consentiret, quibus B 2 adiecit vocem 'alij'. Ita p. 15 D 2 πλέον τῶν ἄλλων exhibet B 1, 'ἀπάντων alij' B 2, 'prae aliis' vertit Oecolampadius. Ergo codicis Capnionei manus 1 praebuerat ἄλλων, in margine

altera scripserat ἁπάντων; atque prioris scripturam Oecolampadius recepit, alterius reprobavit. Sed p. 7 E 4 B 1 scripsit σεμνοπρεπῆ, B 2 θεοπρεπῆ, Oecolampadius vertit 'deo dignam'. Ergo modo probavit modo respuit quae in Capnionei margine exstabant. Unde efficitur non Oecolampadium eas scripturas adiecisse. Ac ne Capnio quidem eas adscripsit, nam saeculo XIII. iam in codice exstabant, quo tempore Marcianus M ex eo describebatur[1]). Permultas enim earum scripturarum (14 de 23) in contextum recepit codicis M librarius. Quas ex ipso Marciano depromptas Capnionei margini adscriptas esse nemo sanus adfirmabit. Nam etiamsi id mittamus causam non esse, cur reliquarum scripturarum novem alium fontem statuamus: ex decem libris quis censebit quattuordecim quemquam locorum varietates adscripsisse? Quanto plura alteram Monacensis manum ex Capnioneo adnotasse compertum habemus! Sed unde fluxerunt Capnionei notae? Non ex alio codice, opinor, sed ex eodem ac reliqua. Facillime enim fieri potuit, ut librarius quae non recte descripserat in margine corrigeret. Ita in describendo errasse videtur, cum p. 22 C 1 sententiam redderet, non verba et ita in contextu poneret μετὰ βραχέα; dein, codice denuo inspecto, vitium sustulit et adnotavit βραχὺ προελθών[2]). Eodem modo p. 29 D 2 διαλαθεῖν neglegentius scripserat, sed continuo διαμαθεῖν reposuit. Perpaucis sane locis ingenio suo mihi videtur indulsisse et commenta sua adscripsisse. Ita p. 7 E 4 in Capnioneo re vera fuisse censeo σεμνοπρεπῆ, quod M et B 1 exhibent, et vocem paullo rariorem a librario in θεοπρεπῆ mutatam esse.


Iam vero mihi agendum est de codicibus Veneto 122 (V) et Scorialensi Ψ. — III. — 12. (Ψ). Quos artiore quodam vinculo inter se contineri nemo infitias ire volet, qui scripturas eorum in apparatu critico adpositas inter se contulerit et cum Marciano M. Luculentissimum autem exemplum exstat p. 44 B, ubi haec leguntur in Marciano M: μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς ἔγημε μὲν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ (scribe αὑτοῦ) θυγατέρα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἔγημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ (sic) θυγατέρα, ἀλλὰ μιχθεὶς ἁπλῶς ἄλλῳ παραδέδωκεν αὐτήν. Eandem scriptu-

---


1) Quem Capnionei apographon esse infra probabo.

2) προελθὼν M. παρελθὼν B 2. B 2 in describenda scripturae varietate h. l. errasse videtur.

ram in Capnioneo fuisse Oecolampadii interpretatio docet haec: 'Matri enim Iupiter congressus est, procreavitque ex ea liberos. Idem duxit uxorem filiam suam, imò non duxit uxorem filiam, sed simpliciter congressus cum ea, alteri eam tradidit.' Quibus in verbis apparet corruptelam latere; delenda enim sunt verba αὐτὸς τὴν αὑτοῦ θυγατέρα, quae ante ἀλλὰ leguntur. Neque tamen V vel Ψ medelam praebuerunt, sed mendum etiam gravius. Haec enim in utroque codice inveniuntur: μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς ἔγημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ (sic) θυγατέρα, ἀλλὰ κτέ. Quae corruptela oriri non potuit nisi ex ea, qua iam Capnioneus inquinatus erat. Neque neglegenda sunt Iuliani verba, quae p. 131 CD leguntur. Ubi haec exhibet codex V: ἀπολαύουσι μόνον τῆς διαλέξεως καὶ τῆς ῥητορείας οἱ λίαν εὐφυεῖς, ἀλλ' οὐδὲ οὐδενὸς μεταλαμβάνουσι μαθήματος[1]). Ubi ἀλλ' οὐδὲ in ἄλλου δὲ mutandum esse unusquisque continuo perspicit. Quid? Quod recta scriptura in M invenitur, sed ita, ut facile intellegatur, quo modo orta sit corruptela; ἄλλουδὲ enim ibi exstat ne minimo quidem spatio inter ἄλλου et δὲ intermisso. Quo ex loco efficiendum est V aut ex ipso codice M aut ex eodem atque is fluxisse fonte. Ex ea autem quam priorem attuli corruptela (p. 44 B) intellegitur Ψ et V ex eodem codice descriptos esse neque tamen ex ipso M vel eius fonte, sed ex apographo quodam. Ergo stemma statuendum est aut hoc:




aut hoc:




Nunc afferenda mihi sunt argumenta, quibus probem non ex M fluxisse codices Ψ et V, sed ex eodem fonte, atque eum quidem ipsum fuisse Capnioneum. Exstant enim loci haud pauci, quibus V[2]) differt a M, sed eandem praebet scripturam, quam in Cap-

1) Quid Ψ hoc loco praebeat ignoro.

2) Quin codex Ψ etiam iis locis, quarum scripturas Loewius in usum meum non adnotavit, cum V consentiat, dubitari non potest.

nioneo fuisse Oecolampadii interpretatione docemur. Ita 43 A ἐπανέρχεσθαι iniuria scribitur in M, ἐπανερέσθαι recte exhibent V et Ψ[1]), Oecolampadius vertit: 'interrogandi erunt'. Neque minus p. 96 C ὑπὲρ οὗ exhibet M, ὑπὲρ θεοῦ V, 'de deo' Oecolampadius. Neque igitur dubium esse etiam potest, quin M et Y (deperditus) apographa fuerint Capnionei[2]).

Codicem Scorialensem Ψ modo ostendi non ex M fluxisse, sed ex eius archetypo. Neque tamen de toto codice sententiam hanc probare possum. Prooemium certe ex ipso codice Marciano M descriptum est aut ex apographo quodam eius. Nam p. 3 E 5 καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία in Capnioneo fuisse Oecolampadii versione et altera codicis Monacensis manu probatur. Deest autem vox τρία ut in Marciano M, ita in Scorialensi Ψ. Iam si memineris prooemium in codice V ipso minime laeso omnino non exstare, dubium esse vix potest, quin ne in codice quidem Y fuerit. Quod autem ne alteram quidem librorum pentadem Venetus V continet, id dubium remanere debet, utrum ipsa in Y fuerit necne, utrum ex Y eam Ψ descripserit an ex eodem codice, de quo prooemium mutuatus est. Alterius enim pentadis scripturas Loewius mecum non communicavit.

Quaestio nunc oritur, quem codicem Aubertus praecipue secutus sit in adornanda editione, quem suum (sc. codicem nostrum) appellarit. Ac deprehendi Aubertianam in libris I.—V. cum codice V consentire, cum M in iis qui sequuntur. Quod ubi animadverti, Monacensem conieci fontem esse editionis Aubertianae. Quae coniectura etiam aliis argumentis probatur. Sunt enim res minimae, quibus Monacensis a codicibus Venetis differat: atque easdem scripturae varietates in editione Aubertiana invenies. Ita 138 A ἄνωθεν αὐτὸ ποιεῖν legitur in V (et M): τὸ pro αὐτὸ praebent B 1 et Aubertiana; p. 218 A διηνεκῶς exhibet M, διηνεκὲς B 1 et Aubertiana. Neque tamen ipso codice Monacensi Aubertus usus est, sed apographo quodam de eo descripto[3]). Omnes enim locos,

---

1) Nisi quod Ψ habet ἐπανέρεσθαι.


2) Eo igitur tempore, quo M et Y describebantur, non deerant in Capnioneo folia vel folium, quo p. 13 A 4 — 14 E 2 continebatur; cf. Oecol. fol. 3 D.

3) Ex eo igitur Aubertus etiam eas scripturas exscripsit, quae in eius 'variis lectionibus' et in codice Monacensi exstant adiecta voce 'alij'.

quibus 'codicis nostri' scripturas Aubertus aperte indicavit cum in unum contulissem iisque codicis Monacensis verba adscripsissem, plerumque codices consentire animadverti, sed nonnumquam alterum ab altero differre. Ita p. 45 D 7 'in exempl. nostro' inquit Aubertus 'vitiose scriptum erat καὶ λείας', sed Monacensis rectam exhibet scripturam λίαν. Et p. 47 C 8 in 'codice nostro' legebatur εὐψυχῶcθαι: B 1 praebet ἐψυχῶcθαι, sed ita exaratum, ut a librario neglegenti legi potuerit εὐψυχῶcθαι. Neque alia desunt exempla. Sed ubi est apographon illud codicis Monacensis, quod adhibuit Aubertus? In Britannia, opinor. Librum enim Mediomontanum, nunc Cheltenhamensem, unum constat esse praeter Monacensem et Venetum V Cyrilli codicem, qui contra Iulianum libris adiecerit librum contra anthropomorphitas scriptum. Atque in Monacensi quidem quomodo fieri potuerit, ut libri contra Iulianum I.—V. et VI.—X. intermisso libro contra anthropomorphitas separarentur, supra exposui; is, qui Mediomontanum de Monacensi codice descripsit, rectissime ordinem mutavit et librum contra anthropomorphitas posuit post decimum Iulianeum. Quamquam reprobaretur sententia mea, si recte Haenelius saeculo XV. Mediomontanum tribuisset; nam saeculo XVI. Monacensis videtur esse exaratus. Neque tamen ita facile est statuere codicem aliquem saeculo XV., non XVI. exaratum esse neque quisquam negabit Haenelium in ea re errare potuisse.

De uno codice etiam disputandum est, de Parisino Regio anno 1537 exarato. De quo Otto Crusius temporis angustiis inclusus perpauca mecum communicare potuit, cum quattuor locorum scripturas Aubertus indicasset. Quae cum ita sint, certum aliquid de eo statuere non possum, coniecturam propono. Codicis V apographon Parisinus non est, nam exhibet verba 75 C 4 sqq., quae in illo desunt; idem de codice Ψ statuendum erit, si eandem lacunam in eo inveniri verisimile est. Iam vero p. 3 E 5 Parisinus omittit vocem τρία neque in iis verbis, quae extrema exhibet (p. 109 B 1), differt a Marciani M scriptura: nam ἦν εἰκὸc in eo scribitur pro εἰκὸc ἦν. Iam vero si consideraveris praeter eum in solo codice Scorialensi Ω, quem apographon esse constat Marciani M, singulas paginas binis columnis esse exaratas, de ipso Scorialensi Ω Parisinum descriptum esse conicies.

Iam codicum stemma hoc apponere licet:




Quae cum ita sint, quaerendum de principio est quid fuerit in Capnioneo. Quod ubi exploratum est, utrum Capnionei verba ita a Iuliano scribi potuerint necne diiudicandum est.

In verbis autem collocandis Marcianum M potissimum secutus sum. Nam p. 106 C ἐκείνοις ἔπεμψε scribit V, ἔπεμψεν ἐκείνοις M; atque codicis M scriptura etiam legitur, ubi haec Iuliani verba a Theodoro Mopsuesteno (in N. F. comm. ed. Fritzsche p. 10) laudantur, qui non ex Cyrilli refutatione, sed ex ipso Iuliani libro sua hausit.

De editionibus denique operis Cyrilliani Fabricius in bibl. Graec. vol. IX[4] p. 455 sqq. ita egit, ut ego nil adicere possem. Neque enim quisquam in edendis contra Iulianum libris novi aliquid praestitit nisi Oecolampadius, Borbonius, Aubertus. Atque Oecolampadius codicis Capnionei interpretationem Latinam imprimendam curavit a. 1528 Basileae apud Cratandrum. 'Librum primum Graece primus cum nova meliore versione sua a. 1619 ad editionem adornavit Nicolaus Borbonius, professor et interpres regius, in cuius opusculis utraque lingua prodiit Paris. 1630. 1654. 12.' (Fabricius l. l. p. 471.) Ipse editionem Borbonianam mihi comparare usque adhuc frustra quaesivi. 'Totum opus Graece et Latine primum in Auberti editione conspicitur, liber primus ex Borbonii, ceteri ex Auberti interpretatione.' (Fabricius l. l.) Atque editiones Latinae usque ad Aubertianam Oecolampadii interpretationem repetiverunt; Auberti editio denuo impressa est in Iuliani editione Spanhemiana et in Mignii patrologia Graeca, vol. 76.

Haec de arte critica in Cyrillo factitanda; de Photii quaestionum Amphilochianarum codicibus pauca dicenda sunt, quae in apparatu critico suo loco posita reperies.

In testimoniorum autem numerum receptos etiam eos invenies Cyrilli locos ex refutatione depromptos, quibus Iulianea non ad

verbum expressa leguntur. Qui cum non numquam corruptelas medendi ansam praebeant, plerumque scripturas in contextum receptas confirment, laborem haud exiguum frustra me suscepisse non opinor.

---

Vidimus quaestionem quae est de Iuliani verbis constituendis praecipue in recte aestimandis Cyrilli codicibus positam esse. Neque tamen altera difficultas neglegenda est. Neque enim fieri poterit, quin corruptelis quibusdam non medeamur, quin coniciendo etiam menda inferamus, nisi intellexerimus utrum hiatum Iulianus evitarit necne. Quem ne uno quidem loco hiatum admisisse vix quisquam sibi persuadebit; sed aliarum fortasse vocalium concursum evitasse statuendus est, aliarum non item. Id quod primus animadvertit Carolus Sintenis et exposuit dissertatione ea, quae Hermae vol. I (1866) p. 69 sqq. inserta inscribitur 'Bemerkungen zu den Briefen Iulians'. Ac p. 69 'ich glaube nämlich' inquit 'bemerkt zu haben, dafs Julian zu denjenigen Schriftstellern gehört, welche auf Vermeidung des Hiatus bedacht gewesen sind, in einigen Schriften ihn vielleicht gar nicht zugelassen hat, in der Mehrzahl derselben viel sparsamer als andere Schriftsteller'. Et infra: 'Für diesmal beschränke ich mich auf die Briefe des Julian und bemerke, um Mifsverständnissen vorzubeugen, nur dies noch, dafs von Vermeidung des Hiatus in dem Umfange, wie bei Isokrates, hier nicht die Rede sei, sondern etwa in der Ausdehnung, die ich für Plutarch in der Abhandlung de hiatu etc. festzustellen unternommen habe. Es bleiben demnach alle apostrophierbaren Vokale, Partikeln, Praepositionen, das Pronomen τίς, ἄν mit Optativformen aus dem Spiele; als fehlerhaft oder verdächtig dagegen müssen bis auf weiteres die sich mit andern Vokalen berührenden langen Vokale oder Diphthongen in zwei durch die Interpunktion nicht geschiedenen Worten gelten.' Haec Sintenis. Ac similia sunt Hertlenii viri doctissimi de Iuliano praeter ceteros meriti verba, quae Herm. VIII (1874) p. 171 leguntur: 'So viel ist sicher, dafs Julian den Hiatus zu vermeiden sucht; aber selbst in den sorgfältig geschriebenen Reden, z. B. in der ersten und zweiten, finden sich einzelne Hiatus, die nur auf gewaltsame Weise zu entfernen sein würden, während dieselben in andern Schriften noch zahlreicher sind.' Quae cum ita sint,

dolendum est Hertlenium quaestionem non absolvisse, cum Iuliani librorum editionem pararet sua laude non privandam. Recte enim videtur mihi Alfredus Eberhard (Bursians Jahresbericht V 1 p. 203) adnotasse: 'Was den Hiatus betrifft, scheint Hertlein nicht abschliefsend Stellung genommen zu haben.'

Ac ne mihi quidem de omnibus Iuliani scriptis agendum est, cum eos tantum libros edendi consilium ceperim, qui contra Christianos scripti sunt. Nam de singulis libris quaestiones instituendas esse inde efficitur, quod alios diligentius, alios neglegentius compositos esse constat. Atque id quidem pro certo adfirmari licet Iulianum in libris contra Christianos conscribendis hiatum evitare voluisse. Saepissime enim miraberis artificiosam verborum collocationem, nisi animadverteris immutato verborum ordine foedissimum vocalium concursum oriri. Ita p. 42 E leguntur verba haec: ὅθεν ἡμῖν ἥκει καὶ ὅπως ἔννοια θεοῦ τὸ πρῶτον; ubi voces καὶ ὅπως et ὅθεν interiectis vocibus ἡμῖν ἥκει separandi causa non erat, nisi quod futurum fuit, ut mutato verborum ordine litterae ει et ε concurrerent (ὅθεν καὶ ὅπως ἡμῖν ἥκει ἔννοια θεοῦ). Neque minus animadvertendum est perpaucos exstare hiatus in ipsius Iuliani verbis, in aliorum ab eo allatis permultos. Quam rem ita se habere ex fragmentis infra recensitis unusquisque intellegere potest. Tum hiatuum numerus haud spernendus removetur codicum vel testimoniorum scripturis. Ita 135 A ἀξιοῦτε ἡμᾶς πιστεύειν V: ἀξιοῦτε πιστεύειν ἡμᾶς M; 135 D τὰς διαλέκτους αὐτῶν συγχέῃ ἔτι V: αὐτῶν συγχέει τὰς διαλέκτους ἔτι M; 155 D σοι εἶναι φαίνεται V: εἶναί σοι φαίνεται M; 160 E ἀπέκτεινε αἰσχρῷ V: ἀπέκτεινεν αἰσχρῷ M; 305 B ῥημάτων ἐκείνου ἐπακούσατε V: ἐκείνου ῥημάτων ἐπακούσατε[1]) M. Neque neglegendum est plerisque locis (4 de 5) removeri hiatum eo verborum ordine, qui in codice M invenitur; atque eum quidem cur his ipsis in rebus veras plerumque scripturas servasse statuerem, supra p. 152 exposui. Neque minus memoria dignus est Iuliani locus p. 94 A, qui ita scribitur in codice M: εἰ μὴ μῦθος εἴη ἔχων

---

1) ῥημάτων ἐκείνου M (β- α- supra scriptum); sed vide supra adn. 1. Neque vero quisquam librarium hiatus evitandi studiosum verborum ordinem mutasse censebit. Quis enim ante Benselerum compertum habebat scriptores quosdam orationis pedestris vocalium concursum non admisisse?

ἀπόρρητον θεωρίαν; ubi removetur hiatus scriptura codicis V hac: εἰ μὴ μῦθος ἔχων θεωρίαν ἀπόρρητον εἴη. Neque minus, ubi eadem verba a Socrate h. e. III 23 vituperantur, vitatur vocalium concursus, cum sic scripti sint: εἰ μὴ μῦθός ἐστιν ἀπόρρητον ἔχων τινὰ θεωρίαν. Quae cum ita sint, quin hiatui evitando Iulianus studuerit non dubito; iam vero quaeritur, quarum vocalium quibus locis concursum admiserit.

Atque in allatis quidem aliorum verbis apparet hiatus vitari non potuisse.

Neque minus brevium vocalium concursus Iulianum admisisse negari potest. Qua in re consentire eum cum Plutarcho iam Carolus Sintenis animadvertit. Et re vera refingendi tibi essent Iuliani libri, si brevium vocalium concursus removere studeres. Id quod ne tum quidem ausus sum, si apostropho pro vocali posito hiatus tollitur; nam tot locis veram scripturam depravatam esse credi non potest in libro a librariis mediocriter vitiato. Sed eximenda mihi est vox ἀλλὰ, cuius pro extrema littera, ubi cum altera vocali illa concurrit, omnibus locis apostrophus invenitur nisi uno. Neque eos locos respicio, ubi sequitur longa vocalis seu diphthongus: 52 C ἀλλ' οἷον; 65 A ἀλλ' ἆρα; 65 B ἀλλ' οὗτοι; 93 D ἀλλ' οὐχὶ; 253 D ἀλλ' οὐκ; 261 E ἀλλ' εἴρηται; 262 B ἀλλ' οὗτοι; 276 E ἀλλ' εἰ; 320 C ἀλλ' εἰς. Sed etiam ante brevem syllabam apostrophus ponitur; cf. 69 B ἀλλ' ἐναρμόνιον; 96 B ἀλλ' ὅτι; 99 E ἀλλ' ὑπὲρ; 106 A ἀλλ' ὅτι; 131 C ἀλλ' ἀπολαύουσι; 141 C ἀλλ' ὁρᾶτε; 193 C ἀλλ' ἐπειδὴ; 221 E ἀλλ' ὁ; 224 D ἀλλ' ἐκεῖνος; 253 E ἀλλ' ἐξ; 327 A ἀλλ' ὁ. Quae cum ita sint, uno loco, quo apostrophus non invenitur, p. 178 B ἀλλὰ ἀρχὴν in ἀλλ' ἀρχὴν mutare non dubito. Neque minus lectores benevolos ut compendii memores sint oro, per quod scribitur κατὰ; ergo in nobis positum erit, ut vocem hanc modo breviorem non redditam exhibeamus, modo per apostrophum scribamus.

Molestissimum autem constat esse vocalium concursum, quarum si minus utraque, at certe altera longa est. Neque igitur Iulianus hiatus tales admittendos esse censuit, sed vitare studuit. Tamen cavendum nobis, ne semper librario culpam tribuamus, ubi in Iuliani libris vocalem longam cum altera seu longa seu brevi concurrentem deprehendimus. Neque enim omnes hiatus

imperatori removere licuit, nisi laborem suscipere voluit maiorem quam quem tempora permitterent. Quae cum ita sint, nostrum erit diiudicare, vocalium concursum graviorem quibus locis ipse Iulianus vitare noluerit, quibus librariorum neglegentia intulerit.

Ac primum quidem vocalium concursu hiatus re vera non efficitur, ubi respiratione oratio distincta est. Neque igitur quicquam impedit, ne in brevem vel longam vocalem desinat ultimum enuntiati cuiusdam verbum neve a brevi vel longa incipiat primum eius quod sequitur. Idem valet de eiusdem enuntiati partibus ita distinctis, ut respiratio exsistat. Qua de causa admittitur gravis de quo agimus vocalium concursus

1) ante coniunctionem adversativam ἀλλά. Cf. 100 A: ὅτι — τούτους ἐκλεκτούς φησιν — Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ἐπιδείξω, ἀλλὰ — καὶ Παῦλον. 253 D: οὐκ εἴρηται περὶ τούτου, ἀλλὰ περὶ τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας.

2) ante coniunctionem disiunctivam εἴτε. Cf. 96 D: εἴτε ἀγένητοι, εἴτε ὑπ' ἄλλου μὲν γεγονότες, ἄλλῳ δὲ λειτουργεῖν τεταγμένοι εἴτε ἄλλως πως. 262 C: πρὸς τὸν θεὸν εἶναι λέγεται, εἴτε ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθεὶς εἴτε ἄλλος τίς ἐστιν.

3) ante coniunctiones disiunctivas ἤ et ἤτοι. Cf. 65 D: τοῖς ⟨νοητοῖς⟩ θεοῖς οὐδὲν ἄλλο τῆς ἀθανασίας αἴτιον καὶ τῷ φαινομένῳ κόσμῳ ἢ τὸ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ γενέσθαι. 143 C: τοιαῦτα δὲ ὄντα ἤτοι φύσεις εἰσὶ τῶν ὄντων ἢ κτέ. 148 C: ἄμεινον — ἀγνοῆσαι ἢ κτέ. 168 B: τῇ Σόλωνος ἀνεξικακίᾳ ἢ τῇ Ῥωμαίων — ἐπιεικείᾳ. 290 D: υἱὸν θεοῦ ἢ κτέ. 306 A: τοῦ θυσιαστηρίου ἢ — τοῦ ἁγιάσματος. Pag. 190 C: Αἰακοῦ ἢ et 224 C: Φωκυλίδῃ ἢ et Θεόγνιδι ἢ dubium est, utrum ob coniunctionem ἤ an nomen proprium hiatus admittatur; pag. 184 B inter ἐπιτηδεύματα et ἢ signum interrogationis posuit Gutschmidius.

4) ante pronomina relativa. Cf. 89 A: φρονήσεως ἀπηγόρευσεν ὁ θεὸς ἀνθρώπῳ γεύσασθαι, ἧς οὐδὲν ἂν εἴη τιμιώτερον. 218 C: οἱ γὰρ δὴ τούτων ἐλάττους — ἀγνοοῦνται, ὧν ἕκαστος κτέ. 96 D: τὰ μέν φησι κελεῦσαι τὸν θεὸν γενέσθαι, ὥσπερ ἡμέραν —, τὰ δὲ ποιῆσαι, ὥσπερ οὐρανόν. Cum etiam post καὶ, τὲ, ἤ, δὲ, περὶ hiatum admitti infra ostendendum sit, nil effici potest ex pag. 138 B: καὶ ὅσα; 206 A: ἄνδρας τε, οἵους; 290 D: υἱὸν θεοῦ ἢ ὅπως ἂν αὐτὸν καλεῖτε;

306 A: θυσιαστηρίου, ἤ, ὡς αὐτοῖς ἔθος λέγειν, τοῦ ἁγιάσματος; 96 C: δὲ ὧν; 100 C: δέ, ὡς; 148 B: δὲ ὥσπερ; 327 C: δὲ ὥσπερ; 49 A: περὶ οὗ; 306 B: περὶ ὧν. De scriptura dubitari potest fragm. II, 7 ἀγγέλου ὅπου.

5) ante coniunctiones consecutivas ὡς et ὥστε. Cf. 52 C: οὐρανῷ — οὕτω — προσηρτήμεθα, ὡς κτέ.; 194 D: εἰς τοσοῦτον ἦλθον ὀλέθρου, ὥστε; 230 A: οὕτως ἐστὲ δυστυχεῖς καὶ ἀνόητοι, ὥστε.

6) post εἶτα. Quae vox cum gravius pronuntiaretur, mora efficiebatur. Cf. 194 C.: εἶτα, ὦ δυστυχεῖς ἄνθρωποι; 230 A: εἶτα, οὕτως ἐστὲ δυστυχεῖς. Pag. 44 B legitur εἶτα οἱ, sed etiam ante articuli formas vocalium concursus admittebatur.

Alterum excusatur hiatuum genus verbis quibusdam, quorum usu frequentissimo carere oratio non possit. Quorum in numero esse consentaneum videtur

7) nomina propria. Cf. 209 E: ἐξ Αἰγύπτου ἐν βραχίονι; 327 C: Χριστοῦ Ἰησοῦ; 351 D: καίτοι Ἡλίου. Reliquis locis in medio relinquendum est, quid nominibus propriis tribuendum sit, quid articulo et vocibus καὶ, ἤ, δὲ, οὐδέ. Cf. 290 E: τοῦ Ἰησοῦ; 253 E: τῷ Ἰησοῦ; 100 A, 261 A, 290 E: τοῦ Ἰσραὴλ; 176 B: καὶ Αἰγύπτιοι; 143 D: καὶ Αἰθιόπων; 235 B: καὶ Ἀπόλλωνι; 176 B: καὶ Ἀσσύριοι; 262 E: καὶ Ἐζεκίας; 235 B: καὶ Ἐνυὼ; 235 B: καὶ Ἑρμῇ; 100 A, 106 B: καὶ Ἰησοῦς; 327 B: καὶ Ἰταλιωτίδων πόλεων; 224 C: Φωκυλίδῃ ἢ Θεόγνιδι ἢ Ἰσοκράτει; 209 E: δὲ Αἰγυπτίοις; 253 D: Ἰούδα οὐδὲ. Iam vero p. 343 D utrum ἐπὶ Ἡλίου scripserit Iulianus an ἐφ' Ἡλίου constituere non possumus.

Neque diligentius vocalium concursus evitatur

8) post et ante articuli formas. Cf. 222 A: βούλεται ὁ; fragm. II, 7: προσεύχεται ὁ; 351 C: ψευδοεπήσει ὁ; 253 D: δὴ ἡ; 306 A: τοῦ ἁγιάσματος; 116 B: τοῦ αὐτομάτου; 324 D: τῇ ἁγίᾳ; 44 B: τοιαῦτα οἱ; 245 A: οἱ ἐξ; 198 C: τὰ αὐτοφυῆ. De hiatus causa dubitari potest locis his: 44 B: εἶτα οἱ; 351 A: τῷ Ἀβραὰμ; 290 E: τοῦ Ἰησοῦ; 253 E: τῷ Ἰησοῦ; 262 A, 290 E: τοῦ Ἰσραὴλ; 146 A, 224 D, 229 C: καὶ ὁ; 100 A, 141 C, 146 B, 245 A: καὶ οἱ; 171 E: δὲ ἡ; 143 E: οὐδὲ ἡ; 306 A: δὲ οἱ; frag. II, 7: οὐδὲ οἱ; 291 A: ὁ οὖν.

9) post coniunctionem καί. Cuius usus tam ingens exstat exemplorum numerus, ut ultro unicuique se offerant. Quae cum

ita sint, quae collegi hoc loco in medium non proferenda esse duxi.

10) post voces τὲ, οὔτε, ὥςτε. Cf. 141 D: τε ἡμῖν; fragm. II, 7: οἷοί τε ἦςαν; 354 B: τε ὢν; praeter 206 A: τε οἵους. — 69 B: οὔτε αὐξόμενον; 138 C: οὔτε εὐνομίας; 290 E: οὔτε ᾔδει; 138 C: οὔτε ἠθῶν; 138 C: οὔτε ἡμῖν. — 333 C: ὥςτε αὖθις; 335 C: ὥςτε οἴεςθαι; praeter 327 A: ὥςτε οὐδὲ.

11) ut ante, ita etiam post coniunctionem ἤ. Cf. 161 B: ἢ ἀγγέλλοις; fragm. II, 12: ἢ οἰκία; 290 D: ἢ υἱὸν; 99 E: ἢ ὑφ'; praeter 290 D: ἢ ὅπως; 306 A: ἢ ὡς; 224 C: ἢ Ἰςοκράτει; 155 D: ἢ οὐδὲ.

12) post voces δὲ, οὐδὲ, ἐνθένδε. Cf. 137 E: δὲ αὖθις; 213 B: οὐδὲ αὐτὸς; 200 A: δὲ αὐτὸ; 290 E: δὲ αὐτοῦ; 49 E: δὲ αὐτῆς; 327 B, 333 B, 347 B: δὲ αὐτὸν; 116 B: δὲ αὐτὰ; 205 E[1]), 218 C: δὲ αὐτῶν; 152 D: δὲ αὐτοῖς; 327 B: δὲ εἰπὼν; 235 B: δὲ εἰς; 200 B: ἐνθένδε εἰς; 213 A: δὲ ἤδη; 347 C: δὲ ἥμαρτε; 161 A, 262 E: δὲ ἡμεῖς; 262 B: οὐδὲ ἡμεῖς; 253 B: δὲ ἡμῖν; 347 B: δὲ ἠπάτα; 224 E: δὲ οἰκείᾳ; 96 D: δὲ οὐρανοῦ; 290 E: δὲ υἱὸν; 135 A, 213 B, 262 D, 335 D: δὲ ὑμεῖς; 202 A: δὲ ὑμῖν. Accedunt loci haud pauci, quibus dubium est, utrum vox δὲ an altera hiatum excuset.

13) ante οὐ, οὐκ, οὐχ, οὐχὶ, οὐδὲ, οὔτε. Cf. 354 A: πάςχα οὐ; 290 C: φάναι οὐκ; 69 B: τοῦτο οὐκ; 335 C: καίτοι οὐκ; 206 A: ἀπεςφάξατε οὐχ; 290 E: τί οὐχὶ; 245 D: βάπτιςμα οὐδὲ; 160 D: φαίνεται οὐδὲ; fragm. II, 7: διὸ οὐδὲ; 49 D: θεοῦ οὔτε. Nec desunt loci, ubi hiatus ferri potest etiam ob alteram vocem aut ob comma in medio positum.

14) Ante particulam negationis οὐ hiatus non evitabatur, quod saepissime ea opus erat. Neque rarius adhibenda erat vox μή. Quae cum non eodem modo atque οὐ littera consonanti augeri potuerit, ne pag. quidem 351 D, ubi post μὴ altera legitur vocalis, μὴ ἐξεῖναι mutandum esse censeo.

Neque minus admittitur vocalium concursus

15) ante οὖν. Cf. 190 C: τίνα οὖν; 347 A: ἀκοῦςαι οὖν; 335 C: ἀκούετε οὖν; 235 C, 333 C, 340 A: ςκοπεῖτε οὖν; 65 C: ςκόπει οὖν; 58 B: δὴ οὖν; 148 B, 224 D, 333 D: τί οὖν; 65 D: ὅτι οὖν; 229 D: ὅτῳ οὖν; praeter 291 E: ὁ οὖν.

---

1) Quem locum alia de causa corruptum esse censeo; cf. proleg. p. 115.

16) post praepositionem περὶ. Cf. 213 B: περὶ αὐτοῦ; praeter 49 A: περὶ οὗ et 306 B: περὶ ὧν.

17) Utrum ante ἂν c. opt. hiatus evitatus sit necne diiudicare non audeo. Unus legitur locus p. 229 C: σκανδαλισθείη ἂν καθ' ὑμᾶς, atque etiam is facile corrigi potest verborum ordine ita mutato: ἡ δὲ συνείδησις τοῦ βλέποντος ἀδελφοῦ καθ' ὑμᾶς ἂν σκανδαλισθείη.

18) Inveterata dicendi consuetudo agnoscenda esse mihi videtur in coniunctis verbis p. 224 D: εὖ οἶδα et 218 B: εὖ οἶδ'.

Haec de vocalium concursu, quem admisisse censeo Iulianum. Restant autem loci quidam, quibus hiatus neque respiratione excusatur neque frequenti vocis usu neque dicendi consuetudine. Ubi librario culpam tribuo medelasque adhibendas esse statuo; ac re vera lenissima plerumque mutatione corruptelas tollere possumus. Iam vero de singulis agamus locis emendationesque proponamus.

Pag. 43 B: τοῦτο τὴν ἀρίστην θεοσέβειαν ὀνομάζεσθαι ἠθέλησαν MV: ἠθέλησαν ὀνομάζεσθαι.

52 B: πάντες γὰρ ἄνθρωποι οὐρανῷ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ φαινομένοις θεοῖς οὕτω δή τι φυσικῶς προσηρτήμεθα: delenda est vox ἄνθρωποι.

49 D: τὴν ἄβυσσόν φησι πεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ: πεποιῆσθαί φησιν ὑπό.

100 A: τούτους ἐκλεκτούς φησιν εἶναι αὐτός: dele vocem εἶναι.

106 B: καίτοι τοῦτο ἄξιον θαυμάσαι[1]) ὑπὲρ τοῦ Παύλου: ἄξιον θαυμάσαι περί.

135 B: φημὶ μὲν γὰρ ἐγὼ καὶ τοῦτο εἶναι παραπλησίως ἐκείνῳ μυθῶδες: εἶναι post μυθῶδες videtur esse ponendum.

143 C: τοῦ θεοῦ δὲ ὑπάρχοντος ἀϊδίου καὶ τὰ προστάγματα τοιαῦτα εἶναι προσήκει: τοιαῦτ' εἶναι.

171 E: φαίνεται ἀφεὶς τὴν ἀγανάκτησιν: ἀφεὶς τὴν ἀγανάκτησιν φαίνεται.

178 C: ἢ ὅτι μάλιστα τούτου ἐγγύς: ἢ ὅτι τούτου μάλιστα ἐγγύς.

184 BC: ἐπιεικέστερον χρησάμενοι τοῖς τὰ μέγιστα ἠδικηκόσιν ἢ Μωυσῆς: τοῖς ἠδικηκόσι τὰ μέγιστα. Neque enim vocalium concursus ante vocem ἢ vitatur.

1) θαυμάσαι (β-) ἄξιον (α-) M: θαυμάσαι ἄξιον V.



194 D: εἰς τοῦτο ἦλθον ὀλέθρου: τοσοῦτον ἦλθον.

200 B: ᾤχετο εἰς Κῶ: ᾤχετο ⟨δὲ⟩ εἰς Κῶ.

209 D: πάροικος ἦν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ: vox γῇ delenda est.

213 A: φατὲ μέντοι αὐτὸν ἀπογράψασθαι μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρός: μετὰ τοῦ πατρὸς post μέντοι inserendum videtur.

213 B: οὐκ ἠθέλησαν, φασίν, ὑπακοῦσαι αὐτῷ: τῷ Ἰησοῦ.

218 A: τὸ διηνεκῶς μὲν εἶναι ἐλεύθερον: ἐλεύθερον εἶναι.

224 D: εἰ δὲ πεπιστεύκατε εἶναι σοφόν: εἶναι sive delendum est sive post σοφὸν ponendum.

235 B: Ἰᾶται ἡμῶν Ἀσκληπιὸς τὰ σώματα: Ἀσπληπιὸς ἡμῶν. Hiatum enim verborum ἰᾶται Ἀσκληπτιὸς propter nomen proprium ferri potest.

235 C: οὗ ἁπανταχοῦ M: πανταχοῦ recte Aubertus coniecit.

238 D: μάλα εἰκότως: μάλ' εἰκότως.

253 B: κατὰ τί μάλιστα αὐτοῖς ὁμολογοῦσιν: μάλιστα ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς.

253 D: ἢ δὴ καταλῆξαι φαίνεται εἰς Σεδεκίαν βασιλέα: κατέληξεν.

262 A: ὅποι ἐγὼ πολλὰς πάνυ: ὅποι πολλὰς πάνυ ἐγώ.

305 B: ἀκάθαρτα αὐτὰ ἐνόμισεν εἶναι: ἀκάθαρτα ἐνόμισεν αὐτὰ scribendum est deleta voce εἶναι.

305 E: ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν ἀμβλυώττοντα δεινῶς ἀπελέγξω: ἀμβλυώττοντα δεινῶς αὐτόν.

320 A: ποῦ εἴρηται τὸ παρὰ τοῦ Παύλου μετὰ τοῦτο τολμηθέν: εἴρηται post τολμηθέν videtur ponendum esse.

327 C: ὅτι ἄρα οὗτός ἐστιν: ἄρ' οὗτος.

335 D: εἰ τοίνυν ἀκαθαρσίας Ἰησοῦς ἔφη εἶναι πλήρεις τοὺς τάφους: ἔφη πλήρεις εἶναι.

351 A: τοῦτο εἶναι etiam sententiae causa mutandum est.

351 A: τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν ὁ θεὸς λέγεται δοῦναι εἰς διαθήκην: εἰς διαθήκην post περιτομὴν ponendum esse conicio.

356 E: εἴπατέ μοι ἐνταῦθα: vox μοι delenda videtur.

358 E: ὅτι ἄνευ ἀληθείας πίστις ἠλιθιότης ἔοικέ τις εἶναι: ἀληθείας ἄνευ.

Fragm. II, 7: οἷα ἄθλιος ἄνθρωπος: οἷα ἄνθρωπος ἄθλιος.

Fragm. II, 7: οὐδὲ οἱ τότε παρόντες εὐχομένῳ ἰδεῖν οἷοί τε ἦσαν: κατιδεῖν.

---

# IULIANI IMPERATORIS

LIBRORUM

# CONTRA CHRISTIANOS

QUAE SUPERSUNT

## INDEX SIGLORUM.

A Aubertus.
B Codex Monacensis 65 saec. XVI.
B1 Codicis Monacensis manus prior.
B2 Codicis Monacensis manus altera.
C Codex deperditus Capnionis.
M Codex Venetus Marcianus 123 saec. XIII.
O Oecolampadius.
V Codex Venetus Marcianus 122 saec. XIV.
Υ archetypus codicum V et Ψ deperditus.
Ψ Codex Scorialensis Ψ. — III. — 12. saec. XIV—XV.
adi adiecit, adiecerunt.
corr correxit, correxerunt.
del delevit, deleverunt.
ins inseruit, inseruerunt.
m manus.
mg margo.
om omisit, omiserunt.
pos posuit, posuerunt.
meri paginarum numeri in margine editionis et in apparatu positi ad Cyrilli libros pertinent.

# ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΚΑΤΑ ΧΡΙϹΤΙΑΝΩΝ ΛΟΓΟϹ Α.

39 A Καλῶϲ ἔχειν ἔμοιγε φαίνεται τὰϲ αἰτίαϲ ἐκθέϲθαι πᾶϲιν
ἀνθρώποιϲ, ὑφ' ὧν ἐπείϲθην, ὅτι τῶν Γαλιλαίων ἡ ϲκευωρία
39 B πλάϲμα ἐϲτὶν ἀν | θρώπων ὑπὸ κακουργίαϲ ϲυντεθέν. ἔχουϲα
μὲν οὐδὲν θεῖον, ἀποχρηϲαμένη δὲ τῷ φιλομύθῳ καὶ παιδαριώδει καὶ ἀνοήτῳ τῆϲ ψυχῆϲ μορίῳ τὴν τερατολογίαν εἰϲ πίϲτιν ἤγαγεν ἀληθείαϲ. |

41 E Μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖϲ λεγομένων δογμάτων
ἁπάντων ποιεῖϲθαι τὸν λόγον, ἐκεῖνο βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺϲ ἐντυγχάνονταϲ, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥϲπερ ἐν δικαϲτηρίῳ μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν μηδέ, τὸ λεγόμε-

Varietas Scripturae. 1 ἰουλιανοῦ M mg *Iulianus* O | ἔμοι γε V, quem solum hoc loco codicum C et Υ scripturam servasse censeo: μοι MΨ *mihi* O | 3 ὑπὸ κακουργίαϲ VΨ: ὑποκακουργίαϲ M | 4 τῷ φιλομύθῳ καὶ παιδαριώδει MΨ *fabulosa, puerili* O: τῷ παιδαριώδει καὶ φιλομύθῳ V | 5 τὴν τερατολογίαν: *monstriloquentia et prodigiosorum narratione* O | εἰϲ: τὲ ante εἰϲ adi, sed punctis del M | 7 ἰουλιανοῦ M mg V mg Ψ mg *Iulianus* O | 9 *quod oporteat eos qui contradicere voluerint* O | 10 μηδέ: μήδε M.

Testimonia. 2 ἐπείϲθην: 41 C 7 cf. πεπεῖϲθαί φηϲιν 41 C 5 | πεπεῖϲθαι λεγέτω 41 D 6 | Γαλιλαίων: 39 B 7 | ϲκευωρία: 40 D 3 | 3 πλάϲμα — ϲυντεθέν: τὸ κακόηθεϲ πλάϲμα ϲυντεθείκαϲι 40 D 1 | τὸ πλάϲμα τὸ κακούργωϲ ϲυντεθέν 40 E 6 | ἔχουϲα — θεῖον: οὐκ ἐνθέου 40 A 7 θεῖον ἔχειν οὐδέν 41 B 2 | 4 τῷ φιλομύθῳ — ἀνοήτῳ: τὸ μυθῶδεϲ 40 C 6 | τὸ φιλόμυθον καὶ παιδαριῶδεϲ 40 E 8 | τὸ μυθῶδεϲ πολὺ καὶ ἀϲύφηλον καὶ παιδαριῶδεϲ, ψυχρόν τε καὶ εἰκαιόβουλον καὶ ἀϲυνεϲίαϲ ἁπάϲηϲ ἔμπλεων 39 E 8 | 5 μορίῳ: 41 B 10 | τερατολογίαν: 39 B 8, 40 E 8 | τερατολογίαϲ 41 B 4, ubi τερατολογίαν scribendum esse mihi videtur | εἰϲ πίϲτιν — ἀληθείαϲ: εἰϲ πίϲτιν ἀληθείαϲ ἀγαγεῖν ἐπιχειροῦϲι τὸ ψεῦδοϲ 40 A 3 | εἰϲ πίϲτιν ἀληθείαϲ — ἐπενεγκεῖν ἐϲπούδαϲαν 40 C 6 | 9 χρὴ — ἀντικατηγορεῖν: ὁ δὴ χρῆναι λέγων τοὺϲ ἐντυγχάνονταϲ αἷϲ ἂν καθ' ἡμῶν ποιοῖτο ϲυκοφαντίαιϲ, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥϲπερ ἐν δικαϲτηρίῳ μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν μηδὲ τὸ δὴ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν 43 B 6 | χρή: cf. χρῆναι 43 C 7, 43 D 8 | τοὺϲ ἐντυγχάνονταϲ: cf. τοῖϲ ἐντευξομένοιϲ 43 C 9 | 10 μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν μηδὲ τὸ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν mantissa proverbb. cent. II 8 (paroemiogr. Gr. ed. Gotting. II 700).

νον, ἀντικατηγορεῖν, ἕωϲ ἂν ὑπὲρ τῶν παρ᾽ αὐτοῖϲ ἀπολογήϲων-
ται. | ἄμεινον μὲν γὰρ οὕτω, καὶ ϲαφέϲτερον ἰδίαν μὲν ἐν- 42 A
ϲτήϲαϲθαι πραγματείαν, ὅταν τι τῶν παρ᾽ ἡμῖν εὐθύνειν θέλω-
ϲιν, ἐν οἷϲ δὲ πρὸϲ τὰϲ παρ᾽ ἡμῶν εὐθύναϲ ἀπολογοῦνται, μη-
δὲν ἀντικατηγορεῖν. |

Μικρὸν δὲ ἀναλαβεῖν ἄξιον, ὅθεν ἡμῖν ἥκει καὶ ὅπωϲ ἐν- 42 E
νοια θεοῦ τὸ πρῶτον, εἶτα παραθεῖναι τὰ παρὰ τοῖϲ Ἕλληϲι
καὶ παρὰ τοῖϲ Ἑβραίοιϲ ὑπὲρ | τοῦ θείου λεγόμενα, καὶ μετὰ 43 A
τοῦτο ἐπανερέϲθαι τοὺϲ οὔτε Ἕλληναϲ οὔτε Ἰουδαίουϲ, ἀλλὰ
τῆϲ Γαλιλαίων ὄνταϲ αἱρέϲεωϲ, ἀνθ᾽ ὅτου πρὸ τῶν ἡμετέρων
εἵλοντο τὰ παρ᾽ ἐκείνοιϲ, καὶ ἐπὶ τούτῳ, τί δή ποτε μηδ᾽ ἐκεί-
νοιϲ ἐμμένουϲιν, ἀλλὰ κἀκείνων ἀποϲτάντεϲ ἰδίαν ὁδὸν ἐτρά-
ποντο. ὁμολογήϲαντεϲ μὲν οὐδὲν τῶν καλῶν οὐδὲ τῶν ϲπου-
δαίων οὔτε τῶν παρ᾽ ἡμῖν τοῖϲ Ἕλληϲιν οὔτε τῶν παρὰ τοῖϲ ἀπὸ
Μωυϲέωϲ Ἑβραίοιϲ, ἀπ᾽ ἀμφοῖν δὲ τὰϲ παραπεπηγυίαϲ ⟨τούτοιϲ⟩
τοῖϲ ἔθνεϲιν ὥϲπερ τινὰϲ Κῆραϲ δρεπό | μενοι, τὴν ἀθεότητα μὲν 43 B
ἐκ τῆϲ Ἰουδαϊκῆϲ ῥᾳδιουργίαϲ, φαῦλον δὲ καὶ ἐπιϲεϲυρμένον
βίον ἐκ τῆϲ παρ᾽ ἡμῖν ῥᾳθυμίαϲ καὶ χυδαιότητοϲ, τοῦτο τὴν
ἀρίϲτην θεοϲέβειαν ἠθέληϲαν ὀνομάζεϲθαι. |

1 παρ᾽ αὐτοῖϲ scripsi cf. test.: πρώτων MVΨ *de primis* O | ἀπολογήϲωνται Aubertus: ἀπολογήϲονται MVΨ | 3 θέλωϲιν MV: ἐθέλωϲιν Ψ | 4 μηδὲν V *nihil* O: μηδὲ Ψ μὴδέ M | 6 ἰουλιανοῦ M mg V mg Ψ mg | 9 ἐπανερέϲθαι V ἐπανέρεϲθαι Ψ *interrogandi erunt* O: ἐπανέρχεϲθαι M | 11 τὰ παρ᾽ ἐκείνοιϲ: *suam* O | μηδ᾽: μὴδ᾽ M μηδὲ VΨ *non* O | 12 ἐμμένουϲιν MΨ: ἐμμένουϲι V | 14 *neque ex his quae Hebraei a Mose habent* O | 15 Μωυϲέωϲ *scripsi*: Μωϲέωϲ MVΨ | τούτοιϲ *adieci* | 16 Κῆραϲ: *ceram* O | 19 ἠθέληϲαν ὀνομάζεϲθαι scripsi hiatus evitandi causa cf. proleg. p. 159: ὀνομάζεϲθαι ἠθέληϲαν MΨ *nominari voluerunt* O ὀνομαθέϲθαι ἠθέληϲαν V.

1 παρ᾽ αὐτοῖϲ: πῶϲ ἂν ἔτι δικαίωϲ ἐπιτιμήϲειεν (Iulianus), εἰ τοῖϲ ἑαυτῶν ϲυνειπεῖν ᾑρημένοι καὶ τῆϲ Ἑλλήνων δυϲϲεβείαϲ τὸ αἶϲχοϲ ἀπογυμνοῦν ϲπουδάζομεν; 42 C 10 | 4 εὐθύναϲ: cf. εὐθυνομένουϲ 42 E 4 | 7 παραθεῖναι — λεγόμενα: ἐπαγγέλλεται ϲαφῶϲ ἐν τούτοιϲ παρατιθέναι (Aubertus, *oppositurum se* O, cf. ἀντιπαραθέϲεωϲ τρόποϲ 43 C 3: διϊέναι M) τὰ (Aubertus, *quae* O: τὴν M) παρὰ τοῖϲ Ἕλληϲι καὶ παρὰ τοῖϲ Ἑβραίοιϲ ὑπὲρ τοῦ θείου λεγόμενα | 11 εἵλοντο: προτιθεὶϲ 44 A 1 | τὰ Ἑλλήνων ἀφέντεϲ τὰ παρὰ τοῖϲ Ἑβραίοιϲ τετιμήκαμεν 44 A 4 | 13 τῶν ϲπουδαίων: τῶν ϲπουδαίων ἢ ἀγαθῶν οὐδὲν παρ᾽ ἡμῖν εἶναι διατείνεται 44 D 7 | πῶϲ γὰρ τῶν ϲπουδαίων οὐδέν ἐϲτι παρ᾽ ἡμῖν 44 D 9 | 16 τὴν ἀθεότητα κτἑ.: οὐκοῦν οὐκ ἀπό γε τῆϲ Ἑβραίων δόξηϲ τὴν ἀθεότητα μεμαθήκαμεν 45 A 3 | 17 φαῦλον κτἑ.: βίον δὲ φαῦλον καὶ ἐπιϲεϲυρμένον ἐκ τῆϲ παρ᾽ αὐτοῖϲ ῥᾳθυμίαϲ ἑλέϲθαι φηϲὶν (Iulianus) ἡμᾶϲ, χυδαιότητά τε καὶ ῥᾳθυμίαν ὀνομάζων Ἑλληνικὴν τὸ κτἑ. 45 A 9.

52B Ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύcει ⟨τὸ εἰδέναι θεὸν⟩ τοῖc
ἀνθρώποιc ὑπάρχει, τεκμήριον ἡμῖν ἔcτω πρῶτον ἡ κοινὴ πάν-
των ἀνθρώπων ἰδίᾳ καὶ δημοcίᾳ καὶ κατ᾽ ἄνδρα καὶ ἔθνη περὶ
τὸ θεῖον προθυμία. ἅπαντεc γὰρ ἀδιδάκτωc θεῖόν τι πεπιcτεύ-
καμεν, ὑπὲρ οὗ τὸ μὲν ἀκριβὲc οὔτε πᾶcι ῥᾴδιον ⟨γινώcκειν⟩
οὔτε τοῖc ἐγνωκόcιν εἰπεῖν εἰc πάνταc δυνατόν . . . . . ταύτῃ
δὴ τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἐννοίᾳ πρόcεcτι καὶ ἄλλη. πάν-
52C τεc γὰρ [ἄνθρωποι] οὐρανῷ | καὶ τοῖc ἐν αὐτῷ φαινομένοιc
θεοῖc οὕτω δή τι φυcικῶc προcηρτήμεθα, ὡc καὶ εἴ τιc ἄλλον
ὑπέλαβε παρ᾽ αὐτοὺc τὸν θεὸν, οἰκητήριον αὐτῷ πάντωc τὸν
οὐρανὸν ἀπένειμεν, οὐκ ἀποcτήcαc αὐτὸν τῆc γῆc, ἀλλ᾽ οἷον
ὡc εἰc τιμιώτερον τοῦ παντὸc ἐκεῖνο τὸν βαcιλέα καθίcαc τῶν
69B ὅλων ἐφορᾶν ἐκεῖθεν ὑπολαμβάνων τὰ τῇδε. | τί δεῖ μοι κα-
λεῖν Ἕλληναc καὶ Ἑβραίουc ἐνταῦθα μάρτυραc; οὐδεὶc ἔcτιν,
ὃc οὐκ ἀνατείνει μὲν εἰc οὐρανὸν τὰc χεῖραc εὐχόμενοc, ὀμ-
νύων ⟨δὲ⟩ θεὸν ἤτοι θεοὺc, ἔννοιαν ὅλωc τοῦ θείου λαμβάνων,
ἐκεῖcε φέρεται. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότωc ἔπαθον. ὁρῶντεc γὰρ
οὔτε ἐλαττούμενόν τι τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν οὔτε τρεπόμενον
οὔτε πάθοc ὑπομένον τι τῶν ἀτάκτων, ἀλλ᾽ ἐναρμόνιον μὲν

